ΧΡΥΣΕΑ φόρμιγξ, Ἀπόλλω- νος καὶ ἰοπλοκάμων Σύνδικον Μοισᾶν κτέανον.	O Aurea cithara, Apolli- nis, & violaceos-crines-habentium Conveniens Musarum possessio.

PARAPHRASIS.

O eximia cithara, quam jure inventionis Apollo, & jure communicationis Musæ possident, ut ea comite & adjutrice suos cantus edant;

NOTÆ.

* Schol. hoc loco refert, Gelonis, Fratris Hieronis, mortem incidisse in Olympiad. 85. Recte vero observat Benedict. Hieronem ipsum mortuum fuisse ante hoc tempus. Hiero vero Geloni in regno successit. Ipse tamen Benedict. hic & in Commentario ad Olymp. 1. hallucinatus est, dum obiisse utrobique asserat Olympiade 77. cum tamen Schol. literæ ad exprim. numerum sunt οε'. 1 Χρυσέα] Citharam forte vocat Auream, quia Apollinis erat, cui Χρυσοκόμας & similia ab Auro petita nomina à Pindaro attribuuntur, quiq; apud Poëtas Latinos *Aureus* dicitur. 2 Editt. plurimæ hab. comma post Ἀπόλλωνος, quia forsan Citharam proprie esse Apollinis credebant Editores; vel etiam ob causam, quam in Nota ad superius κώλ. attigimus. Nos tamen Schmid. & Cratandr. Editt. secuti, punctum post φόρμιγξ posuimus. Ἰοπλοκάμων] Compositum ex ἴον Viola, & πλόκαμος Capilli nexi & crispi, παρὰ τὸ πλοκὴν. quæ vox iterum à πλέκω derivatur. Hoc vero epitheton duo pulchritudinis indicia nobis exhibet. Color enim violaceus olim in pretio habitus fuit. Hic autem color non solum erat Purpureus, & κιρρὸς, ut ait Eustath. i.e. Fulvus & flavescens, sed & Albus. Sunt enim λευκόϊα, Violæ sc. albæ. Attamen quia Virgilio Eclog. 3. *Hyacinthus* est *suave-rubens*, & alias *Ferrugineus*, in quo colore designando Theocrit. secutus est, nos non nisi istum colorem intelligimus hoc loco. Sed & Forma ornatior est, quando cincinni & crispati crines effingantur. 3 Σύνδικον] Σύνδικοι proprie dicuntur plures patroni, qui eandem causam defendunt. Inde vox transfertur ad signif. Comites, & Adjutrices. Cur vero Cithara Musarum Comes & Adjutrix appellatur? Quia Lyricorum carmina à Musis dictata ad Citharam canebantur ita, ut Cithara Musas & Poëtas & Cantores quodammodo comitaretur, & in sonis & cantibus edendis adjuvaret. Pind. Lex. Tumulus Jolaï alias dicitur testis σύνδικος Ἐφαρμόστῳ, sc. Poëta ibi Tumulum, prope quem certabant, eum victorem fuisse, testatus est; testisque illius præsentis auctoritate confirmavit. Et hic videtur Apollinem & Musas eodem jure Citharam possidentes inducere.

Ἐξήγησις παλαιὰ πάνυ ὠφέλιμος.

Πινδάρου Πύθια.] Πύθια μὲν οὖν ἐκλήθη ὁ ἀγών, ἀπὸ τοῦ τόπου. τῷ δὲ τόπῳ ἦν τὸ ὄνομα Πυθώ, ἤτοι παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι τοὺς ἀφικνουμένους, ἢ παρὰ τὸ σήπεσθαι τὸν Πύθωνα ἐν αὐτῇ. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον, Νάπη· εἶτα Πετρήεσσα· εἶτα Κείασα· εἶτα Πυθώ. [Ἱέρωνι Αἰτναίῳ.] Γέγραπται μὲν ὁ ἐπινίκιος, Ἱέρωνι. λέγεται δὲ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἐπιβεβλῆσθαι κατὰ Ἀρτέμωνα τὸν ἱστορικόν, ὅτι δὴ αὐτῷ ὁ Ἱέρων, χρυσῆν ὑπέσχετο κιθάραν. τὰ δὲ τοιαῦτα περιεργείας πεπλήρωνται. οἰκειότατα γὰρ Πυθίου ὄντος τοῦ ἀγῶνος, τὸν θεὸν προστάτην ὄντα ἀνυμνεῖ. [Συρακοσίῳ.] ὁ δὲ Ἱέρων, ἄνωθεν Συρακούσιος ἐστί. τὴν δὲ Κατάνην ἀνακτίσας, ὁμωνύμως τῷ παρακειμένῳ ὄρει, Αἴτναν προσηγόρευσε, καὶ Αἰτναῖον ἑαυτόν, κατὰ τὰς ἅρμασι νικῶν, ἀνεκήρυξεν. [Ἅρματι.] ἐνίκησε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν μὲν εἰκοστὴν ἕκτην Πυθιάδα καὶ τὴν ἑξῆς, κέλητι. τὴν δὲ εἰκοστὴν ἐννάτην, ἅρματι, εἰς ἣν ὁ ὑποκείμενος ἐπινίκιος τέτακται. Ἔσχε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀρχήν, μετὰ τὴν τοῦ Γέλωνος τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν * τῇ ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι. Στέφονται δὲ δάφνῃ οἱ νικῶντες. [Χρυσέα φόρμιγξ.] τινὲς χρυσῆν ὑποσχέσθαι φασὶ κιθάραν τὸν Ἱέρωνα τῷ Πινδάρῳ. διὸ καὶ ὁ ποιητὴς ὑπομιμνήσκων αὐτὸν τῆς ἐπαγγελίας, ἀπὸ τῆς κιθάρας ἤρξατο τοῦ προοιμίου. ἢ χρυσέα φόρμιγξ, ἀντὶ τοῦ τιμία κιθάρα, ὡς Χρυσῆ Ἀφροδίτη. [Ἀπόλλωνος.] οὐ μάτην αὐτῷ παρέζευκται, τὸ Ἀπόλλωνος κτῆμα εἶναι τὴν κιθάραν, ἀντὶ γὰρ τῆς τῶν βοῶν κλοπῆς, παρ' Ἑρμοῦ πρῶτος ἐκτήσατο τὸ ὄργανον. ἢ Ἀπόλλωνος, διὰ τὸ τὸν Ἀπόλλωνα προκατάρχειν τοῦ χοροῦ τῶν Μουσῶν. [Σύνδικον.] συνῳδόν, οἱονεί, οὐκ ἐναντίον. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, σύντροπον ἤκουσε τὸ σύνδικον. δίκη γὰρ ὁ τρόπος. ὡς καὶ Ὅμηρος· Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν. ὁ δὲ νοῦς, ὦ χρυσῆ κιθάρα, καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος κτῆμα καὶ τῶν μελανοπλοκάμων Μουσῶν σύνδικον· ἤγουν, συνῳδὸν καὶ σύντροπον. παρ' ὅσον ὁ μὲν Ἀπόλλων τῇ κιθάρᾳ, τῶν ᾠδῶν προκαθηγεῖται τῶν Μουσῶν. αὗται δὲ χορεύουσι.

Τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά·
Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
Ἁγησιχόρων ὁπόταν τᾶν φροιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα·
Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
Ἀενάου πυρός. Εὕ-
δει ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

ἀντιστροφὴ α'. κώλων ιε'.

Ἀρχὸς οἰωνῶν· κελαινῶ-
πιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν

Quam audit quidem gressus, lætitiæ initium:
Obtemperant vero & concentores signis,
Choros-ducentium quando hymnorum
Præludia facias leniter-perculsa:
Et cuspidatum fulmen extinguis
Perpetui ignis. Dor-
mit vero super sceptro Jovis Aquila, ve-
locem alam utrin-
que demittens,

Metaph.

Rex avium: obscu-
ram vero ei nebulam super

Paraphrasis.

cui tripudiantis chori gressus gestusque obsequitur, inde lætitiæ suæ ducens initium: cujus monitis excitati cantores obsecundant, quum prætentatis pollice fidibus hymnorum choros ducentium proludia moliris: quæ trisulci fulminis inextinctum ignem, Jovis iram placans extinguis, & Jovis avi, aquilæ oscinum principi, sub ejus sceptro somnum concilias, quo fit ut remissis & laxatis utrinque velocibus alis dormiat, quum nubem obscuram soporis,

Notæ.

4 Τᾶς ἀκούει βάσις] Cui obediunt pedes saltantium, & motum ad Citharæ numeros accommodant. Schmid. aliique. Bene monet Aretius, quod βάσις non possit esse ῥυθμὸς aut κροῦσις, quia sic esset βάσις Citharæ; alterius autem est βάσις, quæ sequitur Citharam. Ἀγλαΐας ἀρχά] Ἀρχὴν referendum esse ad βάσιν autumat Schmid. & non opus esse copula, quam interseruit Lonicer. Ἀγλαΐα est convivium splendidum & lætitia & hilaritate plenum, Celebritas hominum. Juxta Schmid. ἀρχὴ est apex seu maxima pars; ut hic locus similis sit isti Homer. Odyss. A. Μολπή τ' ὀρχηστύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός, quem sensum aliter expressit idem Poëta, φόρμιγξ θ' ἣ δαιτὶ σύνηορός ἐστιν ἑταίρη. Ἀναθήματα enim sunt verbis Eustath. κόσμος τις ἀνακείμενος τῇ δαιτί, ὥσπερ ναοῖς ἀναθήματα. 5 Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν] Lonicer. reddidit, Quando Cantores vel signis persuadentur. Cantores vero accommodant vocem ad signa tonorum, & ita duci Citharæ videntur parere. Aretius de saltatoribus accipit, qui gestum accommodant ad accentus musicos. 6 Ἁγησιχόρων Lonicer. reddidit, Chororum admirandorum, tanquam ab ἀγάομαι, Miror. Alii deriv. ab ἄγω. Lex. vero Pindar. & Schmid. ab ἁγέομαι, quod Dor. & Æol. est pro ἡγέομαι. Quod eo verisimilius est, quoniam α primæ Syllabæ producitur, ut in Ἁγησίας, &c. Editt. vulg. & MSS. β. γ. leg. προοιμίων & omitt. τῶν. Est autem τὸ φροίμιον Attic. pro προοίμιον, componiturque ex οἶμος & οἴμη, quorum utrumque est via, & posterius etiam Cantus. Odyss. Θ v. 38. quæ nomina genuinum Spiritum hab. asperum, uti etiam Suidas & Eustath. asperarunt. Et asperanda esse vel Atticorum hoc φροίμιον convincit, qui, dum præpositio cum prima syllaba in unum coëat, ad exprimendum spiritum π in φ mutarunt, sicut in φροῦδος propter aspirationem τῆς ὁδὸς, & similia. Quod si leniter fuissent ista aspiranda, προοίμιον debebat dici, quod hab. Ed. Steph. nisi malis esse erratum. Inde aliqui Latinis literis Prohœmium scripsere. Hoc loco pro Hymno accipitur. Schmid. Ita & Thucydides l 3. Homeri hymnum in Apollinem vocat προοίμιον Ἀπόλλωνος, ubi Schol. addit, ὕμνους τὰ προοίμια ἐκάλουν. Sic Pausan. in Phoc. Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ εἰς Ἀπόλλωνα. Et in Bœot. Τὸ εἰς Σαλάδαν προοίμιον. 7 Ἀμβολὰς pro ἀναβολάς. Est autem ἀναβολὴ, Præcentio, & quod dicitur proprie Procœmium. Unde ostendit Schmid. προοιμίων hujus loci idem esse ac Hymnorum, non vero Procœmiorum. Ἀναβολὰς vero interpret. Ovid. Metam. lib. 5. hoc versu, *Calliope querulas prætentat pollice chordas.* Pindarus vero imitatur Homerum Odyss. A. ut constat ex versu à Schol. citato, & eo, quem supra laudavimus, qui ambo aliique similes ibi inveniuntur. Ἐλελιζομένα fingitur à sono ἐλελεῦ. 8 Σβεννύῃς leg. Editt. vulg. quasi connectend. cum τεύχῃς. Atqui σβεννύεις non refertur ad ὁπόταν. Hinc Poëta Musicæ vim canere aggreditur; quæ tantæ sunt, quantæ iratum Jovem placare possunt. 11 MS. C. 71. leg. πτέρυγ'. 12 Χαράξας leg. MSS. β. γ. Forte corrupte pro χαλάξας, quod hab. C. 71. Particip. à Dor. Χαλάζω, idem quod Commune χαλάσας· è χαλάξας vero Æoles inserendo ι formant χαλάξαις. 13 Ἀρχὸς] Seu Dux, seu Princeps vertas, ut Alii, perinde est. Κελαινῶπιν à κελαινῶπις, non κελαινώψ, ut Aretius vult; inde enim formatur κελαινῶπα, ut ex Analogia Grammatica ostendit Schmidius.

[Τᾶς ἀκούει μὲν βάσις.] βάσιν ἔνιοι τὸν ῥυθμὸν φασί. πρὸς γὰρ τὸν ῥυθμὸν, ἡ ἁρμονία τῶν μελῶν διατυποῦται. οἱ δὲ, τὴν τῶν χορδῶν κροῦσιν. προκατάρχονται γὰρ αἱ ᾠδαὶ παρὰ τῆς κιθάρας. εἶθ' οὕτως, ἕπεται ὁ τῶν χορευτῶν ῥυθμός. ἡ βάσις ὁ ῥυθμὸς, παρὰ τὸ βαίνειν εἰς τὸν ῥυθμὸν τοῖς κρούσι τὴν γῆν τοῖς ποσίν. [Ἀγλαΐας ἀρχά·] ἀμφίβολον, πότερον, ἡ βάσις ἀγλαΐας ἀρχὴ οὖσα, ἢ σὺ, ὦ κιθάρα, ἀγλαΐας τυγχάνεις ἀρχή; κἀντεῦθεν δὲ ἄδηλον· ἤτοι ἀγλαΐαν τὴν κατὰ τὰς πανηγύρεις φησὶ, καθ' ἣν πάντες γαννύμενοι τερπόμεθα, ἢ τὴν διάχυσιν καὶ εὐφροσύνην. ἡ ἀγλαΐας ἀρχὰν, τὴν ἀρχὴν καὶ τὰς προανακρούσεις. [Πείθονται δ' ἀοιδοί.] ἀοιδοὶ, ἤτοι ἐν τῷ καθόλου οἱ χορευταὶ, ἢ οἱ κιθαρῳδοὶ, ἢ οἱ ποιηταὶ, ἢ ἐπὶ τῶν Μουσῶν ὁ λόγος. ὡς γὰρ ἔφην, Ἀπόλλων μὲν προκατάρχει τῶν Μουσῶν· πρὸς δὲ, τὰ κρούματα, εὐρύθμως αἱ Μοῦσαι χορεύουσι. σάμασι δὲ, τοῖς σημείοις. τοῖς συνθήμασιν, ἢ τοῖς κελεύσμασιν. ἀπὸ τοῦ σημῆναι, διὰ τῆς προανακρούσεως, [Ἀμβολὰς τεύχῃς.] τὰς προαναφωνήσεις κατασκευάζῃς. ὡς καὶ Ὅμηρος· Ἤτοι ὁ φορμίζων, ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. [Ἐλελιζομένα δὲ,] διακινουμένη. ὁ δὲ νοῦς. ἧς, σὺ ὦ κιθάρα κατακούει μὲν ἡ τῶν ποδῶν κροῦσις, τῆς εὐφροσύνης καὶ τῆς διαχύσεως ἀρχὴ οὖσα. πείθονται δὲ καὶ οἱ ἀοιδοὶ τοῖς σοῖς συνθήμασιν, ὅταν τῶν προοιμίων, τῶν ἡγουμένων τῶν χορῶν, τὰς προαναφωνήσεις καὶ κρούσεις, διακινουμένη κατασκευάζῃς. [Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνόν.] ... τὸ ἐναντίον προήγαγεν. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, αἰχμητοῦ κεραυνοῦ ... τὸ δὲ τοιοῦτο σχῆμα τοῦ λόγου, καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη. πελεμιχθεὶς γὰρ ἀνεχώρησεν. [Ἀενάου πυρός.] ... ἀέναον, κυρίως ἐπὶ τῶν ὑδάτων τίθεται. καταχρηστικῶς δὲ ὁ Πίνδαρος νῦν, καὶ ἐπὶ τοῦ κεραυνοῦ τέθεικεν, ἀντὶ τοῦ, ἄσβεστον. σκάπτῳ δὲ Δωρικῶς τῷ σκήπτρῳ. [Διὸς αἰετός.] πάνυ γὰρ ... ὅτι δὴ ὁ ἀετὸς ἐπικαθήμενος τῷ τοῦ Διὸς σκήπτρῳ καὶ καταθελγόμενος τῶν Μουσικῶν ᾠδαῖς εἰς ὕπνον κατάγεται ἀμφοτέρας χαλάσας τὰς πτέρυγας, καὶ ταλαντευόμενος καὶ ζυγοστατούμενος ὥσπερ διὰ τὴν τοῦ σκήπτρου στενότητα, ὥστε αὐτὸν μὴ ἐξολισθαίνειν τῇ ᾠδῇ, ἀλλ' ἀσφαλῆ τὴν βάσιν ὑπάρχειν. ἡ δὲ Σαπφὼ, ἐπὶ τὸ ἐναντίον, ἐπὶ τῶν περιστερῶν· Ταῖσι ψυχρὸς μὲν ἐγένετο θυμός. ... δ' ἱεῖσι τὰ πτερά. ὁ δὲ νοῦς. καὶ τὸν ἰσχυρότατον καὶ πολεμικώτατον κεραυνὸν σβεννύεις τοῦ διὰ παντὸς ὄντος πυρός. ... τῇ ἡδονῇ συσχεθεὶς ἐπὶ τοῦ σκήπτρου τοῦ Διὸς ὁ ἀετὸς, τὴν ταχεῖαν ἑαυτοῦ πτέρυγα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν χαλάσας, ὁ τῶν ὀρνέων βασιλεύς. [Κελαινῶπιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν·] ἤτοι κατ' αὐτῆς τῆς νεφέλης τὸ ἐπίθετον, ἵνα σωματικώτερον ἀναπλάσῃ τὴν νεφέλην, τὴν μέλανας ἔχουσαν ὀφθαλμοὺς, ἢ τὴν μελαίνουσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς νεφέλην, ἢ κελαινῶπιν νεφέλαν, τὴν ἐπέχουσαν τὸν ὕπνον ...

Ἀγκύλῳ κρατί, βλεφάρων
Ἁδὺ κλαΐστρον, κατέχευας. Ὁ δὲ κνώσσων
Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
Ῥιπαῖσι κατασχόμενος. Καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
Ἐγχέων ἀκμάν, ἰαίνει καρδίαν
Κώματι. Κῆλα δὲ καὶ
Δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λα-
τοίδα σοφίᾳ, βαθυκόλ-
πων τε Μοισᾶν.

ἐπῳδὸς α΄. κῶλον ιε΄.

Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε

Adunce-rostratum caput, palpebrarum
Suave claustrum, offundis. At illa dormiens
Madidum tergum effert, tuis
Jaculationibus occupata. Quinetiam vio-
lentus Mars, asperam ubi-seposuit
Hastarum cuspidem, delectat cor
Tuo cantu. Tela vero *tua* etiam
Dæmonum mulcent animos, cum La-
toidæ sapientia, & quæ-profunde-suc-
cinctos-sinus-habent Musarum.

METAPH.

Quoscunque vero non amat

PARAPHRASIS.

super aduncum ejus rostrum, qua suaviter clauduntur palpebræ, oculis affudisti. Tum vero illa dormiens, diffusa facile & flexibile dorsum attollit, tanquam tuæ harmoniæ jaculis superata & oppressa. Quinetiam Mars violentus, ac proinde viri fortissimi, depositis quandoque asperis acutisque armis, tui concentus voluptate animum recreant: Imo Dii ipsi bonique genii vitæ nostræ auspices & comites tuæ melodiæ dulcedine capiuntur, cujus authores sunt Latonæ filius Apollo, pulchræque Musæ canendi peritia insignes, & scientiarum profunditate admirabiles. Contra vero quæcunque Jupiter in terra marique odit,

NOTÆ.

15 Κρατί] ab ὁ vel τὸ κρὰς· non vero opus est deducere à κάρα. Γλεφάρων leg. MSS. C. 71. B. γ. 16 Aliqui κλαῖθρον, sera, vel κλαῖστρον, cujus exemplum affertur ex Luciano. Κλαΐστρον leg. per Diæresin pro κλαῖστρον, ne syllaba deesset. Hoc vero idem est ac κλᾷστρον vel κλᾷθρον Hesychio, nisi, ut Schmid. suspicatur, menda subsit pro κλᾷθρον· quæ omnia à Dorico κλᾴω pro κλείω deducuntur. Ἐγκατέχευας leg. Schmid. soli conjecturæ innixus, cujus ratio erat defectus syllabæ, quare admittendam existimamus Diæresin in κλαΐστρον; nil vero mutandum nisi ex Codd. fide. Κατέχευσας leg. MSS. B. γ. quod Critico deberi videtur. 17 Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ] Juxta Schmid. explicanda sunt hæc verba. Tergum cum reliquo corpore, humidum, vel delectatione perfusum attollit inter dormiendum; cui igitur cum Schol. fere convenit. Metaphoram tamen Dithyrambicam putat contineri in voce ὑγρόν. Aliter etiam Schol. interpretatur; quomodo vero intelligi velit, se nescire fatetur vir laudatus. Verba sunt, αἰωρεῖται τὸ νῶτον, ἐπὶ θάτερα ῥέπων· i. e. si sumas αἰωρεῖται Active, Evehit sursum tergum Aquila, in hanc aut illam partem propendens; si vero Passive accip. αἰωρεῖται, subintell. κατὰ aut similia: ut dici possit in sublime ferri quoad dorsum. humidum, scil. quia, ut humida omnia, in utramvis partem facile movetur. Schol. vero potius ad proprium vocis ὑγρὸν significatum, quam ad Autoris sensum respicere videtur. 18 Ῥιπαῖσι] i. e. Ictibus, vel Jaculis; eadem fere Metaphora, qua infra dicuntur κῆλα. Intelliguntur autem, explicante Porto, Carminum, quæ canuntur, soni harmonici, qui aures animosque suis illecebris, ut telis feriunt & penetrant. Vide Indicem in voce Βέλος. Καταγχόμενος leg. Ald. & Pal. C. & MS. C. 71. Ἄγχω est Hesychio, Fræno; & sæpius hoc verbo designant Autores, Coërceo, & fauces constringo; ut sane esse reponendum suspicemur, quoniam tam accurati Codd. id habeant; & vix possit esse erratum aut Scholion. Βιατὰς] Vide Indicem. Non tantum Mars ipse notatur: sed etiam viri bellicosi. Exemplum de Achille hab. Homerus Il. I. Τὸν δ' εὗρε φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ. Ad quem vers. hæc Eustath. Τὸν τις δὲ παλαιῶν φησί, καὶ αὐτὸς ὅτι μουσικὸς ὢν ὁ Ἀχιλλεύς. κιθάρᾳ τὴν μῆνιν κατευνάζει, i. e. Cithara animi tumultum sopivit. Aretius hunc locum exponit, Homines fortissimi non alienam à se putarunt Musicam; quasi Poëta inter summas Musicæ laudes recensuisset, quod viro forti non esset indecora. Est autem Emphasis in hac voce, quæ sonat, Vi omnia agens & furore bellorum proprio, non illecebris; ita ut præter tacitam Antithesin innuatur, delinimenta Musicæ τῇ βίᾳ potentiora esse, ut ingeniose Schmid. 20 Ἰαίνει] Calfacit, vel, ut Eustath. ad Il. Ω exponit θυμὸν ἰήνῃ. διαχέει, i. e. Diffundit. 21 Κώματι] Hæc vox deducit Eustath. à κοίμημα. Vulgo enim sumitur pro Veterno. Schmid. existimat hic idem esse ac κῶμον alibi, i. e. Voluptatem ex cantu convivali, vel ἐγκωμιαστικῷ. Quod vero id non repugnet Grammaticorum judiciis inde liquet, quod in Textum τῶν B. γ. irrepserit vox κώμῳ. 22 Δαιμόνων] Alii vertunt Deorum. Aretius Bonos Genios exponit, quia post de malis loquitur Poëta, ut ait ille. Exemplum 1 Sam. 16. huc spectat ex sententia Schmid. Horat. *Carmine Dii superi, placantur carmine manes.* Et Ovid. de Orpheo --*Nec Regia Conjux Sustinet oranti, nec qui regit ima negare: Eurydicenq vocant*--. Similia Virgil. & Alii. Ἀμφί τε κ. λ.] Si artificiose concentum fuerit. Schmid. 23 Leg. cum Ald. -τοίδα. Ita vero legendum; vel primum tempus longum resolvendum in duo brevia, metri gratia, ut Schmid. Aliique, sc. Λατοίδα, quod Dor. est pro Λητοΐδου, à Λητώ, Mater Apollinis. Βαθυκόλπων] i. e. Sinus altos propter profundum cinctum habentium, vel Sinus habitu vegeto corporis bene explentium, sc. in optimo & pulcherrimo vigore constitutarum. Idem est ac βαθυζώνοις Schmidio; qui Eustath. sententiam vix probat; nempe hoc epitheton usurpari ab Homero loco vituperii de fœminis barbaris, qu. sumptum à dedecente habitu. Lex. Pindar. Musas hoc epitheto ornari docet, ob ipsam scientiarum profunditatem, obscuritatem, atque multiplicem difficultatem. Ea sane interpretatio huic loco satis congrua est; præcipue cum Theocrit. de Mari utatur, Idyll. 17. Mare enim quod finibus profundis variegatur, nautis difficillimum est. Nihil tamen statuimus.

παρ' ὅσον ἀφ' ἑγγύης ἐστὶ κατέχευας φησίν, ὦ κιθάρα, ἁπαλὸν καὶ ἡδὺ κλεῖθρον κατὰ τῶν βλεφάρων, ἀντὶ τοῦ, εἰς ὕπνον καταφερόμενος ὑπὸ σοῦ, ὦ κιθάρα, ὁ ἀετὸς, αἰωρεῖται τὸ νῶτον ἐπὶ θάτερα ῥέπων. [Ἀγκύλῳ κρατί·] ἤγουν, τῇ ἐπικεκαμμένῃ ῥινὶ τοῦ ἀετοῦ. κάρα δὲ εἶπε, διὰ τὸ ἐπικαμπὲς τῆς ῥινὸς αὐτοῦ. ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν. καὶ Ὅμηρος ἀγκυλοχείλην τὸν ἀετὸν φησί. τὸ δὲ κλαΐστρον, ἀντὶ τοῦ κλεῖθρον. [Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ,] ἀντὶ τοῦ, εἰς ὕπνον φερόμενος ὑπὸ σοῦ, ὦ κιθάρα, αἰωρεῖται τὸ νῶτον ἐπὶ θάτερα ῥέπων. [Ἄλλως. Ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ.] τὸ εὐδιάχυτον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. χαριέντως δὲ συνδιατιθέμενον τῇ ἡδονῇ, καὶ θελγόμενον τὸν ἀετὸν ὑποτίθεται. [Ῥιπαῖσι,] ταῖς βολαῖς. λέγει δὲ τοῖς μέλεσιν. ὁ δὲ νοῦς. ὁ ἀετὸς εἰς ὕπνον τῇ ἡδονῇ καθελκόμενος, τὸ εὐδιάχυτον αὐτοῦ νῶτον ἐπαίρει, τοῖς σοῖς βέλεσι θελχθείς. [Βιατὰς Ἄρης.] ὁ γὰρ ἰσχυρότατος Ἄρης, τὴν τραχυτάτην τῶν δοράτων ἀκμὴν καταλιπών, τουτέστι τὸν πόλεμον, εὐφραίνει τὴν καρδίαν τοῖς τῆς κιθάρας κώμασι, ἤγουν θέλγμασι. [Κῆλα δέ·] κῆλα μὲν Ὅμηρος, τὰ τοξικὰ βέλη· Τὰ δ' ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο. δυνατὸν δὲ ἀκούειν καὶ νῦν ἐπικαιρότερον βέλη, τὰ θελκτικὰ τῆς μουσικῆς πάθη. κῆλα δὲ κατὰ συναίρεσιν, τὰ κηλήματα, ἤγουν τὰ ὑπὸ τῆς μουσικῆς θέλγματα. ὁ δὲ νοῦς. τὰ δὲ τῆς μουσικῆς κηλήματα, καὶ τῶν θεῶν θέλγει τὰς φρένας διὰ τῇ σοφίᾳ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῶν ἰοπλοκάμων Μουσῶν. [Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε.] τοῦτο εἶπεν, ἵνα ἕτοιμοι ὦσιν οἱ ἀκροαταὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ὁ δὲ νοῦς. ὅσα δὲ μήτε κατὰ τὴν γῆν, μήτε κατὰ τὴν ἄπειρον θάλασσαν φιλεῖ ὁ Ζεύς, ἀποστρέφονται τὴν ᾠδὴν τῶν Μουσῶν.

Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν	Jupiter, *illi* consternantur vocem
Πιερίδων ἀΐοντα,	Pieridum ubi-audierint,
Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον·	Tam in terra quam in mari impetuoso:
Ος τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖ-	*Qualis est ille* qui in horrendo Tartaro ja-
ται, Θεῶν πολέμιος,	cet, Deorum hostis,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος· τόν ποτε	Typhos *inquam* centiceps: quem olim
Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-	Cilicium enutrivit famo-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν	sum antrum: nunc vero
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,	Et quæ supra Cumam mari-septa littora,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει	Et Sicilia *superimposita* ejus premit
Στέρνα λαχνάεντα· κίων	Pectora hirsuta: columna
Δ' οὐρανία συνέχει,	Vero cœlestis *eum* cohibet,
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες	Nivosa Ætna, per-totum-annum
Χιόνος ὀξείας τιθήνα·	Nivis acute-gelidæ nutrix:

PARAPHRASIS.

ac proinde quivis improbi, suaves Musarum cantus oderunt & aversantur, eorumque nulla delectatione re- creantur: sed potius iis turbantur expavefacti. Qualis gigas ille centiceps Typhœus, Deorum hostis, qui in horribili Tartaro prostratus jacet, quem olim celebre factum flagitiis ipsius Typhoneum Ciliciæ antrum aluit: & qui nunc in Sicilia sepultus est, & in littore Siculi maris quod Cumam alluit, villosum pectus oneris mole pressum habet, imo & sub Ætna monte altissimo, perpetuisque nivibus frigidissimo detinetur:

N O T Æ.

26 Ατύζονται] Terrore percelluntur, & uti ait Plutarch. περὶ Δεισιδαιμονίας· διαγριαίνονται καὶ ἀγανακτοῦσι, i.e. Ejusmodi generis hum[ana] monstra, Musicæ contemptricia, ad auscultationem illius efferantur, Quod exemplo Tigridum ostendit loco laudato, quæ [a]b tympano in rabiem agi, & semetipsas præ furore dilaniare dicuntur. Isti igitur Musicam aversantur juxta Poëtam, qui *Dii irati* [&] *inimicis nati sunt*, ut loquitur Plautus. 27 Ἀιόντα leg. Ed. Cratandr. Augustan. Cod. δ' ἀΐοντας. 28 Ἀμαιμάκετος est Vastus, vehemen[s] ab α ἐπιτατικῷ & μαιμάω, Cum impetu cupio, & in aliquid feror. 32 Κιλίκιον] Videsis Not. ad Ol. 4, 11. In hoc κώλῳ primus pe[s] prima syllaba longa duas habet breves. 34 Κύμας] Κύμη seu Κῦμαι, Urbs in Campania Italiæ, de qua Vide Strab. l. 5. Aliqui Typho- nem partim sub Sicilia comprimi, partem eousque extensum esse statuunt, ut partes ejus aliquæ sub Cumano littore contine[antur]. Quia vero iis locis Typhonem subjectum Poëtæ finxerunt, quæ ignium fœcunda sunt; totus autem ille tractus, qui à Cumis [ad] Siciliam usque pertingit, ignitus, & in profundo cavernas quasdam, & inter sese & Continenti conterminas habet; ideo Typho- nem hisce locis totius hujus tractus substratum esse, dicere licet. Κύμας potest esse vel Accusativ. Plural. vel Genitiv. Singula[ris] quomodo Schol. accepit. 39 Χιόνος ὀξείας] Lambin. ad hoc exemplum ab Horat. l. 1. Od. 9. *Gelu acutum* dici observavit.

[Εν αἰνᾷ Ταρτάρῳ.] πάλιν κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος, θηλυκῶς τὴν Τάρταρον προσηγόρευσε. ὡς καὶ τὴν Ισθμόν, καὶ τὸ, Τυφώς· ἔδει γὰρ Τυφών· Ομηρος δὲ, ἑτέραν εὐθεῖαν οἶδεν ὁ Τυφωεύς· Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσει. [Ατύζονται βοάν.] ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀτύζεται. ἀποστρέφεταί φησι καὶ ὁ Τυφὼν ἀκούσας τὴν μουσικὴν, ὁ ἐν τῷ Ταρτάρῳ κείμενος ὁ πολέμιος τῶν θεῶν. [Εκατοντακάρανος.] οὐκ ἀριθμητικῶς, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, πολυκέφαλος. [Τόν ποτε, Κιλίκιον θρέψεν.] ὅν ποτε, τὸν Τυφῶνα φησὶν, ἔθρεψε μὲν τὸ ἐν Κιλικίᾳ πολυθρύλλητον σπήλαιον. νῦν δὲ, αἱ τῆς Κύμης ὄχθαι, καὶ ἡ Σικελία, τὰ δασέα αὐτοῦ στήθη πιέζει. [Αλλως.] στασιάζεται καὶ ἡ περὶ τοῦ Τυφῶνος ἱστορία. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὄρει τῆς Βοιωτίας ὑποκεῖσθαι ἔφασαν. καὶ ὡς εἰσὶν αὐτόθι πυρὸς ἀναδόσεις· οἱ δὲ, ἐν Φρυγίᾳ· ἕτεροι δὲ, ἐν Λυδίᾳ. Αρτέμων δέ τις ἱστορικὸς, πιθανώτερον λογοποιεῖ. καθάπαξ γάρ φησι πᾶν ὄρος ἔχον πυρὸς ἀναδόσεις, ἐπὶ Τυφῶνι κάεται. ἔστι δὲ τὸ πιθανὸν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ὀνόματος ἱστορίας. τύφειν γὰρ τὸ κάειν. ὁ δὲ Πίνδαρος φησὶ τὸν Τυφῶνα ἐν Κιλικίᾳ τεθράφθαι, ὡς καὶ Ομηρος· Εἰν Αρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. ὑποκεῖσθαι δὲ τῷ ὄρει καὶ αὐτόθι, πυρὸς κρατῆρας, καὶ τοὺς ἀναδιδομένους πρηστῆρας. πολυώνυμον δὲ, ἀντὶ τοῦ, πολυθρύλλητον, διὰ τὸ ἀναβράσσειν ἐν αὐτῷ τὸν Τυφῶνα. [Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας.] Κύμη, νῆσος παρακειμένη τῇ Σικελίᾳ. ἔστι [δὲ] καὶ ἑτέρα τῶν Αἰολέων. φαίνεται δὲ οὐχ ἡ Κύμη τ[ὸ πῦρ] ἀναδιδοῦσα, ἀλλ' ἡ καλουμένη Πιθηκοῦσα. ἣν καὶ Πι[θη]κούσας ὀνομάζουσι. συμβαίνουσι γὰρ αὐτόθι, κυμάτων ἐξαισίων κινήσεις, καὶ ἀνέμων σφοδροτάτων ἐπιπνοίαι, [καὶ] πρηστήρων ἐπιφάνειαι, καὶ πυρὸς καταφλέξεις. μυθολογεῖται ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα. [Αλιερκέες ὄχθαι·] ἤτοι αἱ τ[ὴν] ἅλα ἕρκος ἔχουσαι, ἢ τὸ ἅλος αὐτῆς ἕρκος οὖσαι. διὰ [τὸ] μὴ συγχωρεῖν ἐπίπροσθεν φέρεσθαι τὰ κύματα. [Κίων δ' οὐρανία.] ἡ Αἴτνη τὸ ὄρος. ἣν οὕτως ὠνόμασε, διὰ [τὸ] ὕψος ὑποστηρίζουσαν τὸν οὐρανόν. ὁ δὲ νοῦς. ἡ δὲ οὐρανία [κί]ων, συνέχει τὸν Τυφῶνα, ἡ κατὰ πᾶσαν ὥραν ἔτους χιονιζομένη καὶ τῆς ὀξείας χιόνος τροφὸς οὖσα· ἤγουν, ἡ Αἴτνη. [Πάνετες] τὸ πάνετες ἀμφίβολον· ἤτοι γὰρ διαπαντὸς συνέχει τὸν Τυφῶνα ἡ Αἴτνη καὶ δι' αἰῶνος, ἢ τῷ ἑξῆς συναπτέον, ὀξείας χιόνος τιθήνα. ἵν' ᾖ, δι' ἔτους ἀεὶ τιθηνουμένη καὶ τρέφουσα τὴν χιόνα, ἢ ὅτι [οὐ] κατὰ παντὸς, ἀλλὰ κατὰ πᾶσαν ὥραν ἔτους. ἵνα ὡς ὑπερβολὴν ἄρῃ τὸν λόγον, λέγων καὶ χειμῶνι καὶ θέρει χιονίζεσθαι τὴν Αἴτνην. [Χιόνος ὀξείας.] ὀξεῖαν δὲ [τὴν] χιόνα φησὶν, ἤτοι παρὰ τὴν πυκνότητα τῆς καταφορᾶς, ἢ παρὰ τὴν ψυχρότητα. ὅτι οἱ ἐφαπτόμενοι, ὅμοιον τ[ι] πάσχουσι τοῖς κεντουμένοις.

[Απλάτου

στροφὴ β'. κώλων ιϛ'.

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν, πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι,

METAPH.

Cujus eructantur inaccessi *i. e. furentis-
simi* ignis liquidissimi
Ex cavernis fontes: fluviique *igniti*
Profundunt fluxum fumi
Candentem: noctu vero, saxa
Punicea evoluta flamma in profun-
dum defert maris æquor cum fragore.
Illa autem Vulcani bellua gurgites
Horrendissimos eje-
ctat: prodigium quidem mirabile aspe-
ctu: mirandum vero & trans-
euntibus auditu,

ἀντιστροφὴ β'. κώλων ιϛ'.

Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς,
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ', ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.

METAPH.

Quomodo Ætnæ inter nigrifron-
des ligatus sit *Typhon* vertices,
Et *inter* fundamina: lectus vero scul-
pens, totum dorsum inclinatum pungat.

PARAPHRASIS.

Cujus ex penetralibus, imisque recessibus, ignis inaccessi & copiosi fontes purissimi scaturiunt, & ejectantur. Hinc ejusdem ignis fluvii perennes interdiu quidem ardentis fumi vortices agglomerant: noctu vero rutila flamma liquefactorum saxorum fragmenta vehementi cum strepitu in mare profundum devolvit. Tum etiam serpens ille Typhon maxime horrendos ejectat ignis gurgites. Quare res est visu portentosa, & ex illis qui illac transeundo viderunt, auditu miranda, quo pacto monstrum illud est illigatum imis radicibus, summisque montis Ætnæ cacuminibus, quæ obscura sunt arborum densitate: quoque pacto stratus lectus totum dorsum inclinatum lancinat & pungit.

NOTÆ.

40 Τᾶς ἐρεύγονται] Hunc autem locum Virgil. 3 Æneid. imitatus est. Uti autem alias Græcos Poëtas plerumque superavit: ita hic Pindaro inferior à Phavorino judicatus fuit, ut videri potest apud Gell. l. 17. c. 10. & Macrob. lib. 5. Saturn. c. 17. qui fere exscripsit locum Gellii laudatum; uti scriba, qui exaravit MS. C. 71. totum illum Macrobii locum Margini Cod. illius apposuit. Jovianus Pontanus vero in Antonio, quem secutus est & Scaliger, Virgilium contra Phavorinum defendit. Neque ab horum judicio multum abest Cerdanus ad hunc Virgilii locum; cujus Commentarios siquis inspexit, si æquus sit harum rerum æstimator, utri Poëtarum Laurus debetur, nullo negotio intelliget. 41 MSS. β. γ. & Ed. Rom. leg. ἁγνώταται. 42 Ἐκ μυχῶν] Ex recessibus, quos, χηραμοὺς vocant. Lonicer. redd. Ex angulis: Philippus, Ex fundo: Vulgata rectius, Ex penetralibus: Portus eodem sensu, Ex visceribus. Παγαί] Aristot. quoque de Mundo c. 4. vocat πυρὸς πηγάς, & c. 6. dicit, quod ignes Ætnæ fluant χειμάρρου δίκην, i. e. Instar Torrentis. 44 Αἴθων' leg. MSS. β. γ. Πέτρας Lonicer. Genitivum esse censet, & reddit, Ex petra: φέρει autem cum Philippo pro φέρεται, redditque, Promit, Philippus vero, Fertur. 45 MSS β. γ. leg. εἰς βαθεῖαν. 46 Πλάκα] i. e. proprie Tabulam, æquatam planiciem. 47 Ἑρπετὸν] Proprie Reptile, & Strabo lib. 16. refert, aliquos putasse Typhœum esse serpentem. Translata est hæc vox ad signif. quæcunque Bruta. Ita & Odyss. Δ. Ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ γίνονται. Ovid. eum *flammas ore vomere* ait. Lonicer. τὸ ἑρπετὸν de incendio, quod per Typhonem notatur, accipit; Desid. Haraldus quoque ad Arnob. Ignem intelligi putat. 49 MS. C. 71. leg. θαυμάσιόν τι πυθέσθαι quæ lect. perinde est; cum tamen in Pal. C. omitt. τὶ Syllaba deficiat. MSS. β. γ. leg. —άσιόν τι ἰδέσθαι, qua ratione etiam metrum servatur; cujus leges itidem violantur legendo θαυμάσιον ἰδέσθαι, cum Cod. August. 52 Δέδεται κορυφαῖς, καὶ πέδῳ] Tmesis Schmidio videtur pro ἐνδέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ, scil. interligatus inter vertices Ætnæ, seu ipsam Ætnam, quæ Typhoni superimposita est: & inter solum & fundamina Siciliæ, quæ instar lecti ei substrata sunt. 54 Χαράσσοισ', ἅπαν νῶτον] Ita Lycophron. Γιγάντων νῆσος, ἣ μετάφρενον θλάσασα, καὶ Τυφῶνος ἀγρίου δέμας φλογμῷ ζέουσα.

[Ἀπλάτου δὲ πυρός.] ἀπροσπελάστου. ἢ πολλοῦ. [Ἁγνόταται δ' ἐκ μυχῶν.] ἁγνότατον τὸ πῦρ φησιν, ὅτι ἁγνιστικόν ἐστιν. ἢ καὶ διὰ τὸ θεῖον τὸ αὐτόθι γιγνόμενον, ᾧ καθαιρόμεθα. ὡς καὶ Ὅμηρος· Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. τῇ δὲ ἑξῆς ἐπιμένει διόλου, πυρὸς ποταμοὺς καὶ πηγὰς λέγων, διὰ τὴν ἄγαν τοῦ πυρὸς ἀνάδοσιν. ὁ δὲ νοῦς, ἀφ' ἧς τινος Αἴτνης ἀναφυσῶνται καὶ ἀναδίδονται ἐκ τῶν μυχῶν, ἀπροσπελάστου πυρὸς πηγαί. οἱ δὲ ποταμοὶ τοῦ πυρὸς ἐν μὲν ἡμέρᾳ, ῥοὴν καὶ φθορὰν προχέουσι καπνοῦ· * ἤτοι μέλανα, ἢ καυστικόν. ἐν δὲ νυκτὶ, ἡ ξανθὴ τοῦ πυρὸς φλὸξ, ἐκρήγνυσι τοῦ ὄρους τὰς πέτρας, καὶ εἰσκυλίει τῇ παρακειμένῃ θαλάσσῃ. [Ἀφαίστοιο ἑρπετὸν,] ὁ Τυφών. παρ' ὅσον ἐξ αὐτοῦ· ἤτοι δι' αὐτοῦ, οἱ τοῦ πυρὸς ἀναδίδονται κρουνοὶ... κρουνοὺς μὲν ἑρμηνεῦσαι φησιν ὡς ἐπὶ ποταμοῦ. ἐμφαίνει δὲ τὰς τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις. ὁ δὲ νοῦς, ἐκεῖνο δὲ τὸ τοῦ Ἡφαίστου ἑρπετὸν, κρουνοὺς πυρὸς δεινοτάτους ἀναδίδωσι. θαυμαστὸν μὲν ἰδεῖν, θαυμαστὸν δὲ καὶ τῶν παριόντων καὶ ἑωρακότων ἀκοῦσαι. [Ἐν μελαμφύλλοις.] τοῖς πολυδένδροις. ἡ γὰρ τῶν δένδρων πυκνότης, βαθεῖαν ἀπεργάζεται τὴν ὕλην. Ζητητέον δὲ πῶς φησι τὸν Τυφῶνα ἐνδεδέσθαι ταῖς τῆς Αἴτνης κορυφαῖς, ὃν φησιν ὑπ' αὐτῇ κεῖσθαι; Ῥητέον δὲ, ὅτι ὑπόκειται μὲν αὐτῷ τὸ ἔδαφος ὑπὸ τὸν νῶτον. ἐπίκειται δὲ τῷ στήθει ἡ Αἴτνη ὥσπερ δεσμὸς καὶ σχοινίον ἐν μέσῳ αὐτὸν συνέχουσα. [Χαράσσοισα.] ἐπιξύουσα, ἐπινύσσουσα. ὁ δὲ νοῦς. τὸ ὑπεστρωμένον ἔδαφος κεντρῶδες, καὶ ἐπιξύει τὸ τοῦ Τυφῶνος νῶτον, τῆς δὲ κεντρώσεως αἴτιόν ἐστι, τὸ τῇ Αἴτνῃ ἐπικείμενον βάρος. τὸ μὲν κεκλιμένον νῶτον κεντεῖ ἐπιξύουσα, ἡ ὑποκειμένη τοῦ ἐδάφους κεντρώδης στρωμνή.

* Subintellige αἴθωνα.

[Εἶη

Εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ἀνδάνειν,
Ος τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-
ας μέτωπον, τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν
Κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν
Γείτονα· Πυθιάδος
Δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν, ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
Καλλινίκου

ἐπῳδὸς β'. κώλων ιε'.

Αρμασι. Ναυσιφορήτοις
Δ' ἀνδράσι πρώτα χάρις
Ες πλόον ἐρχομένοις, πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
Κἀν τελευτᾷ φερτέρου νό-
στου τυχεῖν. Ο δὲ λόγος
Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
Λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοι-
σί τε ἵπποις τε κλυτὰν,

Fiat, Jupiter, fiat *me* tibi placere,
Qui hunc administras montem, fertilis ter-
ræ frontem, cui *monti* cognominem
Inclytus conditor claram-fecit urbem
Vicinam: Pythiadis *siquidem*
In cursu præco proclamavit eam, nun-
cians *spectatoribus* de Hierone
Splendido-victore

Μεταφ.

Curribus. Qui vero navibus-vehuntur
Viris prima gratia *seu felicitas est*,
Navigationem auspicantibus, *sibi* secun-
dum venire ventum: verisimile enim
Etiam-in fine feliciorem redi-
tum *eos* consecuturos. Atque hæc ratio
Hosce propter eventus opinionem affert,
Deinceps futuram-esse *Ætnam* coro-
nis equisque *victoribus* inclytam,

Paraphrasis.

Utinam tibi placeamus, tuaque benevolentia fruamur Jupiter qui in hoc monte coleris, Siculæ regionis fæcundæ parte frontis instar conspicua. Cui quidem cognominem fecit urbem vicinam Hiero, quum Catanen amplificatam multisque ædificiis recens decoratam novo nomine Ætnam appellavit. Unde præco, denuntians egregiam illius victoriam, quam curruli certamine in Pythiis est adeptus, ejus mentionem fecit, & victorem ab ea Ætnæum cognomento pronunciavit. Quemadmodum autem navigantibus gratissimum est, quum primum mari sese committunt, ventis frui secundis, ut cito tutoque ad optatam sedem & stationem deferantur. Et ex læto susceptæ navigationis principio, spem fausti reditus concipiunt. Sic etiam ego primum hunc Ætnæ novæ urbis successum celebrans, quum ejus conditor Pythicam victoriam reportavit, ex hoc fœlici principio spem fœlicis progressus concipiens, dico ipsam in posterum etiam victoriis & coronis illustrem fore,

Notæ.

56 Τὶν post εἴη posterius aliqui contra rationem metri collocant. Ανδάνειν] Scil. ἐμὲ, juxta Schmid. Tametsi Philippus ἡμᾶς subin[telligit]. 58 Επωνυμίαν] Idem quod ἐπώνυμον. Ol. I. 61 Δρόμῳ] Non quidem pedestri, seu stadio, sed equestri: ideoque ad differentiam subjun[git] ἅρματι. 64 Αρμασι] Plurali utitur, quasi Hiero solitus sit Curribus vincere; superius vero eadem ratione in plurali numero hac [vo]ce utitur, nisi admittas lect. variantem. 65 Πρῶτον leg. MSS. β. γ. 66 Αρχομένοις leg. Alii omnes præter Schmid. qui ex Cod. Aug. cui consentiunt Schol. ad Nem. 1. hunc locum restituit. Neque enim ἄρχεσθαι ἔς τι dicitur: neque Tmesis esse potest pro εἰσάρχεσθαι quod non est in usu. Et licet ἔσπλοον legere vellemus: obstaret tamen constructio verborum Incipiendi cum Genitivo. Sed neque si[gnificatio] congruet. Est enim ἔσπλοος Aditus & introitus portus, ubi è sicco in naves ingrediuntur; accipiturque de loco non de actio[ne]. 67 Εοικότα] Enallage numeri pro ἐοικός. Aretius vertit, Probabile est Philippus, Gratum est Lonicer Decorum est, Schol. secutus. 68 [Κἀν] pro καὶ ἐν, non pro καὶ ἐὰν, ut alibi: ideo etiam accentu caret. Sophocles, Εργου δὲ παντὸς ὅστις ἄρχεται καλῶς, καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' οὕτως ἔχειν quem sensum Plautus expressit, *Atque adepol ferme ut quisque rem accurat suam, Sic ei procedit post principia.* Φερτέρου leg. MSS. β. γ. 69 [Λό]γος] Hæc oratio, Versio vulgata: vel hic hymnus, ut Philippus & Lonicerus. Portus, Ipsa ratio. Sic vero interpret. Schmid. [Λό]γος sit Ratio i. e. proportio. Hæc fausti auspicii navigationis ad faustum reditum proportio 70 Συντυχίαις] Secundum Schmid. [even]tibus convenientibus cum dicta proportione, cum auspicio felicis navigationis. Δόξαν φέρει] Alii, Gloriam addit. 71 Εσσεσθαι leg. MS. β. γ. 72 Alii leg σιν, ἵπποισίν τε, ubi τε ante π corripitur; cujus rei exempla alibi extant, si Schmidio credimus. Nos id incom[modum] vitamus, secuti Cod. MS. accuratissimum C. 71. Κλυτὰν καὶ ὀνομαστὰν] Qui intelligunt Gloriam per Δόξαν, hanc vocem ad eam [re]ferunt; eamque exponunt futuram inclytam & celebrandam. Areti ad Hieronem & similes victores refert, & exponit, Probabile esse [eos] qui certamina ingressi incipiunt vivere, deinceps etiam laudabiles fore. Cui interpr. non favet Grammatica. Ita Schmid. [Pro]babile esse Ætnam nuper instauratam mox victoria Hieronis nobilitatam, deinceps etiam futuram κλυτὰν καὶ ὀνομαστὰν similibus victoriis

[Εἴη Ζεῦ.] ἐπειδὴ τὸν περὶ τοῦ Τυφῶνος λόγον ἐκίνησε, καὶ τὰς τιμωρίας αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὥσπερ φόβῳ διατεθεὶς πρὸς τὰ διηγήματα, καταφεύγει ἐπὶ τὸν Δία εὐχὴν εὐχόμενος. ὁ δὲ νοῦς, εἴη σοι φησὶν ὦ Ζεῦ ἀρέσκειν, ὅστις τοῦτο τὸ ὄρος περιέπεις τὴν Αἴτνην, ἥ ἐστι τῆς εὐκάρπου Σικελίας πρόσωπον· ἤτοι διὰ τὸ ἐπιφανὲς, ἢ διὰ τὸ ὕψος. τιμᾶται δὲ κατὰ τὸ ὄρος τῆς Αἴτνης ὁ Ζεύς. [Γαίας δὲ μέτωπον,] τὴν Αἴτνην μεταφορικῶς φησὶν ἀπὸ τῶν ζώων· ἤτοι διὰ τὸ ἐπίσημον αὐτὴν εἶναι, ἢ διὰ τὸ ὕψος καὶ τὴν ἀνάβασιν. [Τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν.] τούτου οὖν τοῦ ὄρους τὴν ὁμώνυμον πόλιν Αἴτνην, ὁ ἔνδοξος οἰκιστὴς Ἱέρων ἐδόξασεν, ἀνακηρύξας κατὰ τὰ Πύθια· ἀνεκήρυξε γὰρ ὑπὲρ τὸ καλλίνικον ἅρμα τοῦ Ἱέρωνος ὁ κῆρυξ, οὖσαν αὐτοῦ πατρίδα.

[Ναυσιφορήτοις.] ὡς τοῖς διὰ νηὸς φερομένοις ἀνδράσι χάρις ἡδονὴ πρώτοις φερομένοις διὰ θαλάσσης, πόμπιμον καὶ ἐπίφορον πνεῦσαι ἄνεμον, οὕτω καὶ τῇ Αἴτνῃ ἀνακηρυχθείσῃ πρῶτον ἐν ἀρ[χῇ τῶν ἀγώνων] ἐπιφανεστάτην γενέσθαι φησι. [Εοικότα γάρ.] εἰκὸς γὰρ καὶ [ἔσχα]τον φησὶ, τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀγαθῆς ἀρξάμενον, τοῦτον καὶ τέλος ἐνδοξότατον ἕξειν. οὕτως οὖν καὶ τὴν Αἴτνην ἐκ πρώτης ἀρξαμένην ἐν τοῖς ἀ[γ]ῶσιν, ἐπίδοξον εἶναι ὑπολαμβάνω, καὶ διηνεκῶς εὐπραγήσειν. [Ο δὲ λόγος.] ὁ δὲ ἐμὸς ἐγκωμιαστικὸς λόγος, φησὶ, κοσμεῖ καὶ δόξαν τὴν Αἴτνην, τῇ συντυχίᾳ ταύτῃ τῆς νίκης, καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτὴν ἵπποις τε καὶ στεφάνοις ἔνδοξον, καὶ σὺν θαλίαις καὶ κώμοις [ὀ]νομαστὴν ἀποδείκνυσιν, ὥστε τὴν μνήμην αὐτῆς διαμένειν ἀδιάστατον.

[Λέγω

Καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.
Λύκιε, καὶ Δάλοι' ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασοῦ τε κράναν
Κασταλίαν φιλέων,
Ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
Τιθέμεν, εὔανδρόν τε χώραν.

στροφὴ γ'. κώλων ιϛ'.

Ἐκ Θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς·
Καὶ σοφοί, καὶ χερσὶ βια-
ταί, περίγλωσσοί τ' ἔφυν. Ἄνδρα δ' ἐγὼ
Αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι [κεῖνον
Μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεί τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
Μακρὰ δ' ἐκρίψαις ἀμεύσασθ' ἀντίους.
Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-
βον μὲν οὕτω, καὶ κτεάνων δόσιν εὐ-
θύνοι, καμάτων δ' ἐπίλα-
σιν παράσχοι·

Et in dulcisonis conviviis celebrem.
O Lycie, & Delo imperans
Phœbe, Parnasique fontem
Castalium amans,
Velis hæc *quæ cano* animo
Ponere, & bene-viris-instructam regionem.

METAPH.

A Diis enim conatus o-
mnes humanis virtutibus *veniunt*:
Et *divinitus* sapientes, & manibus for-
tes, facundiq; nascuntur. At virum ego illum
Laudare in-animo-habens, spero *me*
Non ærea-cuspide-munitam sagittam ut ex-
tra certamen jacturum, manu vibrantem,
Sed longe ejaculatum victurum adversarios.
Utinam enim omne tempus felicita-
tem quidem sic, & opum donationem di-
rigat, dolorum vero *morbi* oblivi-
onem præbeat:

PARAPHRASIS.

& sacris conviviis, ubi Musicæ melos usurpatur celebrem. Quod ut consequi possit, ô Lycie, ô Deli rex, & qui Parnassi fontem Castalium amas Apollo, regionem hanc viris fortibus, hujus meæ precationis memor, instruere velis. Nam quicquid cum animi tum corporis bonorum nobis inest, sive simus prudentes, sive robusti, sive eloquentes, id nos mortales non à nobis habemus, sed à Diis immortalibus mero dono accipimus. Cæterum cum mediter Hieronis laudes, spero me hoc encomio nihil extra rem, nihil præter meritum ejus dicturum: imo etiam quosvis in eo prædicando æmulos carminis excellentia longe superaturum. Atque utinam vir ille perennem fœlicitatem, & perpetuam bonorum possessionem consequi, quinetiam temporis longinquitate gravissimum morbum oblivioni tradere possit.

NOTÆ.

74 Δάλοιο Editt. vulg. Δάλῳ MSS. ϐ. γ. Δαλίῳ MS. C. 71. 78 Τιθέμεν] Pro quo Schol. legisse videtur τιθέμεν, qui exponit πράττειν, συμπεραίνειν καὶ ἀποτελεῖν; quod reddendum est juxta Schmid. Consummare vel perficere. Εὐανδρεῖν ex sententia Schmid. posset legi. Ita non opus esset repetere τὸ τιθέμεν. Εὐανδρεῖν juxta analogiam πολυανδρέω & ὀλιγανδρέω, est, Generosis viris abundare, nec invenitur nisi εὐανδρέομαι in hoc sensu; ideoque si εὐανδρέω legeretur, posset Active significare. Sed hæc mera est conjectura; & infirmo nititur fundamento. Non enim exinde constat, hanc esse veram lectionem, quia facilior est; aut quia non opus est si ita legimus, ἀπὸ κοινοῦ repetere Verbum cum superioribus connexum. 81 Βιαταὶ Comm. MSS. C. 71. ϐ. γ. 84 Χαλκοπάραον] Dor. pro Χαλκοπάρῃον, qu. χαλκᾶς παρειὰς ἔχοντα, i. e. Penetrantem, & qu. in animis stimulos relinquentem. Lonicer. & Philippus τὸ μὴ refer. ad χαλκοπάραον, qu. remotione hujus epitheti vellet indicare Poëta se Metaphoricam, non ære armatam sagittam, intelligere. Quasi id non esset cuivis apertum. Adde quod Negativa particula hoc modo conjuncta cum χαλκοπάραον, sensus esset, spero me sagittam extra ἀγῶνα jacturum. Αγὼν vero est, Locus certaminis seu arena. Schmidio vero ἔξω ἀγῶνος est, Alienum à Scopo, & falsum. Constructionis vero ordo in Schol. traditur. 86 Alii leg μακρὰ δὲ ῥίψαις, i. e. Si laudes Hieronis quam longisime extendero; explicante Schmidio. Nos MS. C. 71. secuti mutav. quo facilius esset metrum. Istud vero MS. ἐκρίψαις commune hab. Αμεύειν & ἀμεύσασθαι est, Transitu superare. Pindar. Lex. deducit, vel ab ἀμὸς Dor. pro ἐμὸς vel ἡμὸς, ut sit, In meam vel nostram potestatem redigo: vel ab ἀμείβομαι, quod aliquando signif. Transeo, ut in phrasi Homer. Αμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Forsan tamen hoc verbum est ex iis, quæ jacta sunt qu. fundamenta Græcæ linguæ, nec ab alio derivantur. Αμεύσεσθαι leg. MSS. ϐ. γ Αντίους] Per hanc vocem interpretes intelligunt Poëtas æmulos & adversarios, Bacchyliden aliosque, quibus Schmid. add Hieronis malevolos. 88 Κτεάνων δόσιν εὐθύνοι] Per hæc verba Schmid. intelligit, Poëtam cum arguere Hieronem, quod non recte elargitionem semper faciat; tum monere, ut Citharam auream promissam tandem sibi exhibeat.

[Λύκιε, καὶ Δάλοιο ἀνάσσων.] ὦ Λύκιε Ἀπολλον, καὶ τῆς Δήλου βασιλεύων, καὶ τῆς Παρνασοῦ τοῦ ἐν Φωκίδι ὄρους τὴν Κασταλίαν κρήνην φιλῶν, ἐθελήσειας ταῦτα ἃ εὔχομαι, τῷ σῷ νόῳ πράττειν καὶ συμπεραίνειν, καὶ εὔανδρον ἀποτελεῖν τὴν χώραν. [Ἐκ Θεῶν γὰρ μαχαναί.] ἐκ θεῶν γάρ φησι ταῖς ἀνθρωπίναις ἀρεταῖς, πᾶσαι μηχαναὶ δωροῦνται. κατὰ δαίμονα γάρ τινα σοφοὶ, καὶ τὴν χεῖρα ἀνδρεῖοι, καὶ ἄγαν εὔγλωσσοι, καὶ δυνατοὶ κατὰ τὸ λέγειν ἐγένοντο. [Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον.] τὸν δὲ Ἱέρωνα ἐγκωμιάσαι προθυμούμενος, ἐλπίζω παρὰ σκοπὸν μὴ ῥίψειν τὸν ὕμνον, ἀντὶ τοῦ, κατὰ σκοπὸν δοκῶ βαλεῖν τοὺς ὕμνους, καὶ ἄξιον ὄντα τὸν Ἱέρωνα ἀνυμνεῖν. [Μὴ χαλκοπάραον.] τὸ ὑπέρβατον, οὕτω. μὴ ὡσπερ χαλκοπάραον ἄκοντα παλάμᾳ δονέων ἀγῶνος ἔξω βαλεῖν. [Μακρὰ δὲ ῥίψαις.] ἐλπίζω δὲ μακρῶς καὶ δυνατῶς ἀκοντίσας, παρελθεῖν, καὶ νικῆσαι τοὺς ἐναντίους. [Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος.] τὸ εἰ τοῦτο νῦν, εὐκτικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ εἴθε. εἴθε γάρ φησιν ὁ πᾶς χρόνος τήν τε εὐδαιμονίαν καὶ τὸν πλοῦτον, ἐπ' εὐθείας ἀγάγοι, καὶ τῶν καμάτων τῆς ἀληθείας ἐπίλησιν ἀγάγοι, ὡς ἐγὼ τοὺς ἐναντίους νικῆσαι προσδοκῶ. [Καμάτων δὲ δ' ἐπίλασιν παράσχοι.] καμάτων φησὶ, τῶν συνεχόντων τὸν Ἱέρωνα ἐκ τοῦ νοσήματος τῆς λιθουρίας. φησὶ γάρ πως καὶ Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ τῶν Γελώων πολιτείᾳ, Γέλωνα τὸν τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφὸν, ὑδέρῳ νοσήματι τὸν βίον τελευτῆσαι. αὐτὸν δὲ τὸν Ἱέρωνα ἐν τῇ τῶν Συρακουσίων πολιτείᾳ δυσουρίᾳ δυστυχῆσαι.

 [Ἦκα

ἀντιστροφὴ γ´. κώλων ιβ´.	ΜΕΤΑΦΡ.
Ηκεν ἀμμνάσειεν οἵαις	Certe in-mentem-revocaturum-esset qualibus
Εν πολέμοισι μάχαις	In bellis pugnis
Τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-	Toleranti animo perseveranter-interfue-
ν᾽, ἀνίχ᾽ εὑρίσκοντο Θεῶν παλάμαις τιμὰν,	rit, cum invenerint Diis juvantibus honorem,
Οἵαν οὔτις Ελλάνων δρέπει,	Qualem nemo Græcorum decerpit,
Πλούτου στεφάνωμ᾽ ἀγέρωχον. Νῦν γε μὰν	Opum decus magnificum. Nunc quidem
Τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων,	Philoctetæ morem imitatus
Εστρατεύθη. Σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ μιν φίλον	Militavit. Ex necessitate vero ei amico
Καί τις ἐὼν μεγαλά-	Etiam aliquis existens magnani-
νωρ, ἔσανεν. Φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-	mus, blanditus-est. Ajunt vero è-Lemno ul-
κει τειρόμενον μεταλλάσ-	cere vexatum *abducendum* investi-
σοντας ἐλθεῖν	gaturos *eo* venisse
ἐπῳδὸς γ´. κώλων ιε´.	ΜΕΤΑΦΡ.
Ηρωας ἀντιθέους Ποί-	Heroas divinos Pœ-
αντος υἱὸν τοξόταν·	antis filium Sagittatorem:

ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

Sane in memoriam facile revocaret, quales pugnas quam patienti, fortique animo in bellis sustinuerit, qua divina ope adjutus Siculum regnum est adeptus, quale Græcorum nullus obtinet, quodque ejus divitias magni centia dignitatis exornat. Tum temporis autem quum in militiam profectus est, ægrotabat quemadmodum Philo tetes quum ad expeditionem Trojanam est pertractus: eique necessitate adactus, tanquam amico adblanditus magnus quidem vir, puta Anaxilaus qui minis ejus à bello in Locros Italos parato est deterritus. Dicunt a tem Philocteten cum ulcere vexaretur in Lemno, inde ad Trojanum bellum adductum fuisse, quum qu tum iverunt Heroes divini illum Pœantis filium insignem sagittarium,

N O T Æ.

91 Alii ἂν μνάσειεν Αμμνάσειεν est Syncope Æol. & Poët. pro ἀναμνάσειεν. Οἵας leg. Edit. Rom. 93 Παρέμειν] redd. alii, sustinuerit, sum satis exprimentes, quasi οἵας μάχας ὑπέμεινε. Schmid. intelligit hæc de Anaxilao vel Therone, vel Carthaginensibus & Tyrrhe æque ac bello inter Hieronem & Gelonem; de quo Schol. 96 Στεφάνωμα] Forte alludit ad τιμὴν ἐν τοῖς ἀγῶσι, quæ erat Corona 97 μὰν Omitt. MS. C. 71. 97 Εστρατευ leg. Cod. Aug. quod metrum rejicit. 98 Ανάγκα] Quia scil. viribus se imparem intelle Schmid. Φίλον] Ut conciliaret Hieronem sibi φίλον. 99 Μεγαλάνωρ] Schmid. intell. non solum de iis, quorum Schol. meminit sed de Therone. De cujus dissidio vide Ol. 2 MS. C. 71. leg. μεγαλλά-- propter incuriam scribæ, qui ex hoc errore in alium delapsus Propter similitudinem enim hujus τοῦ μεγαλά-- cum μεταλλά-- facile omisit quæcunque interjacent qui hoc exemplar exscripsit; ut ab hac voce, usque ad μεταλλάσσοντας deficiat. 101 MS. γ. leg. μεταλλάσοντες, quod Dor. pro μεταλλάσοντες. Cæterum in scan unum λ quasi obliteratur; & ideo Steph. legisse videtur μεταλάσ--. Ita etiam in voce ἀλλά. alterum λ eliditur propter metrum Pyth.

[Η κεν ἂν μνάσειεν.] καὶ τάχα ἂν εἰς ὑπόμνησιν ἀγάγοι, ὁποίας ὁ Ιέρων ἐν τοῖς πολέμοις, τῇ πολεμικῇ ἑαυτοῦ, καὶ ὑπομονητικῇ ψυχῇ ὑπέμεινε μάχας, ἡνίκα ἐκτῶντο τὴν Σικελικὴν τυραννίδα, ἣν αὐτοῖς οἱ θεοὶ ταῖς ἑαυτῶν μηχαναῖς ἐδωρήσαντο, ὁποίαν οὐδεὶς τῶν ἄλλων Ελλήνων δρέπεται, τὸ πλούτου ἐστὶν στεφάνωμα τίμιον. φασὶ δὲ τὸν Ιέρωνα καὶ πρὸς Γέλωνα τὸν ἀδελφὸν ἐστασιακέναι, τῆς ἀρχῆς ἕνεκα. [Αλλως. Ηκεν ἂν μνάσειεν.] ἀναμνήσειεν ἂν ὁ χρόνος, εἰ ἐπίλησις γένοιτο τῶν καμάτων, ὥστε φανερὰν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀρετὴν ἣν εἶχεν ἐν πολέμοις. [Ανίχ᾽ εὑρίσκοντο θεῶν.] ὁ μὲν λόγος ἐστὶ περὶ Ιέρωνος, καὶ Γέλωνος, τῶν τυραννησάντων ἐν Συρακούσαις. τὸ δὲ σημαινόμενον, ὅτε σὺν τῇ τῶν θεῶν μηχανῇ ἀνεκτῶντο τὴν βασιλείαν. τιμὴν γὰρ εἴωθε τὴν βασιλείαν ὀνομάζειν. [Νῦν γε μὰν,] τὰν Φιλοκτήταο δίκαν. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, τὸν Φιλοκτήτου τρόπον ὁ Ιέρων μετερχόμενος, ἐστρατεύθη καὶ τὴν μάχην ἐνίκησε. φορείῳ δὲ φερόμενος ὁ Ιέρων διὰ τὴν λιθουρείαν κατηγωνίζετο τοὺς ἐναντίους. παραβάλλων δὲ αὐτὸν, τῷ Ποίαντος Φιλοκτήτῃ παρείκασε. [Σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ φίλον.] σὺν δὲ τῇ ἀνάγκῃ τῆς νόσου, καί τις ὑπερήφανος, ἔσανε καὶ ἐκολάκευσεν αὐτὸν τὸν Ιέρωνα δηλονότι. βούλεται δὲ λέγειν ὅτι καὶ νοσοῦντα αὐτὸν, πολλοὶ τῶν ὑπερηφάνων ἐκολάκευσαν. [Αλλως. Καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ.] αἰνίττεται δὲ τοῦτο, εἰς Αναξίλαον τὸν Ρηγίνων βασιλέα· βουληθέντα Λοκροὺς καταπολεμῆσαι τοὺς ἐν Ιταλίᾳ, καὶ ἐμποδισθέντα τῇ τοῦ Ιέρωνος ἀπειλῇ. ὅτι δὲ Αναξίλαος Λοκροὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι, καὶ ἐκωλύθη ὑπὸ Ιέρωνος, ἱστορεῖ καὶ Επίχαρμος ἐν Νάσοις· ἕτεροι δὲ, τὸν Θήρωνα λέγειν, ἔφασαν, ὡς τοῦ Θήρωνος μεγάλα μὲν δυναμένου κολακεύοντος δὲ τὸν Ιέρωνα. [Φαντὶ δὲ Λαμνόθεν.] ταύτῃ τῇ ἱστορίᾳ καὶ Βακχυλίδης συμφωνεῖ ἐν τοῖς Διθυράμβοις, ὅτι οἱ Ελληνες ἐκ Λήμνου μετεστείλαντο τὸν Φιλοκτήτην, Ελένου μαντευσαμένου. εἵμαρτο γὰρ ἄνευ τῶν Ηρακλείων τόξων μὴ πορθηθῆναι τὸ Ιλιον. [Μεταλλάσοντας.] ἐπιζητήσοντας. ἡ δὲ μεταφορὰ, ἀπὸ τῶν τὰ μέταλλα ἐπιζητούντων. ἐπειδὴ δὲ διὰ τὸ πάθος τῷ Φιλοκτήτῃ τὸν Ιέρωνα εἴκασε, τῇ ἐπεξεργασίᾳ χρώμενος, ἐπιπλέον αἴρει τὰ ἐγκώμια. ὁ δὲ νοῦς, φασὶν, ἐκ Λήμνου, τῷ ἕλκει καταπονούμενον τὸν τοῦ Ποίαντος υἱὸν τοξότην ἐπιζητήσοντας ἐλθεῖν τοὺς ἰσοθέους ἥρωας.

Ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρ-
σεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
Ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων·
Ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.
Οὕτω δ' Ἱέρωνι Θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
Τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
Ἔραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι,
Πείθεό μοι, ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-
καφορία πατέρος.
Ἄγ', ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον.

στροφὴ δ'. κώλων ιβ'.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-
τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ,

Qui Priami urbem ever-
tit, finivitque labores Danais,
Infirmo sane corpore incedens:
Sed *ita fieri* fatale erat.
Sic vero Hieroni Deus rector adsit
Sequenti tempore, *eorum* quæ
Optat, opportunam-facultatem tribuens.
O Musa, & apud Dinomenem ad-canendum,
Obsequere mihi, præmium quadrigarum.
Gaudium enim non alienum *à filio* vi-
ctoria patris.
Age, deinceps *futuro* Ætnæ regi
Gratum excogitemus hymnum.

Μετάφη.

Cui urbem illam divinitus-fun-
data cum libertate,

P a r a p h r a s i s.

qui Trojam, ubi erat Priami regia, subvertit, & Græcorum diuturnæ ac laboriosæ obsidioni finem imposuit. Nam etsi corpore esset invalido, erat tamen in fatis, ut non sine ipso, qui sagittas Herculis habebat, Græci Ilium caperent. Quemadmodum autem Philoctetæ Deus fuit recuperandæ sanitatis author: sic etiam velim ut divino beneficio liberatus morbo Hiero, votorum omnium fiat compos in posterum. Cæterum ô Musa, obsequere mihi jubenti, ut apud Dinomenem decantes hoc encomium quod patri Hieroni pro currulis certaminis præmio contexo. Non enim id illi molestum fore puto, quandoquidem ingenuo filio debet esse jucunda patris victoria. Postea etiam ô Musa eidem Dinomeni Catanes instauratæ, Ætnæque cognominatæ regi gratum hymnum excogitemus: cui quidem pater Hiero urbem illam divina libertate donatam,

N o t æ.

109 Schmid. leg. Ἱέρωνί τις ὀρθωτὴρ vel Θεὸς σωτήρ. Licet vero priorem conjecturam probemus, nec in Textum reposuimus: neque sensum talem admittimus, qualem ipse verbis tribuit. Nam τὶς ὀρθωτὴρ ei est Machaon. Quod si alii ita intellexissent, vix in locum τοῦ τὶς τὸ Θεὸς suffectum fuisset. Et sane sequentia ad Θεὸς melius referri possunt, quod & ipse Schmid sensit, ut ex posteriore conjectura patet. Qui vero id cogitat forsan non absurde Θεὸς esse Scholion judicabit; præsertim quando tam levis mutatio metrum aperte tueatur. Nulli tamen Codd hanc lect. agnoscunt. Πέλει leg. Alii. Sophocles Philostratus & Pausan. in Arcad. scribunt, Philocteten sanatum Rubrica, qualis est Bolus Armena; vel rectius, judice Medico, Benedicto scilicet, Terra Lemnia & Sphragide. Alio tamen Medicamento usum fuisse docet Schol. 110 Τόν γε leg. C. 71. 112 Aug. Cod. καὶ περὶ Δεινομένει. 113 Πείθεό μοι] i. e. Schmid. Persuadearis mihi. Lonicer. redd. Active, Persuade mihi. Ποινὰν] Schmid. interpret. Pretium vel mercedem, & honorem debitum. Hinc ἄποιν' ἀρετᾶς Pyth. 2. pro Hymno. 114 Χάρμα κ. λ.] Lonicer. reddit, Lætitiamque à victoria Patris minime alienam, concinam. Ad κελαδῆσαι enim refert; & νικαφορίᾳ in Dativo accipit. 116 Ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ] Τὸ ἔπειτα ad βασιλεῖ refertur, subintellecto Participio ἐσομένῳ· q. d. Δεινομένει ἔπειτα — βασιλεῖ. Deinceps Regi, i. e. post mortem Patris. Verum omen fefellit Poëtam; Nam Catanæi ab Hierone expulsi, statim post mortem ejus postliminio reversi, inquilinos expulerunt, sepulcrumq; Hier diruerunt, ut ex Strab. constat. 118 Κλεινὰν leg. Cod. Aug.

Λευκαῖς πιθήσαντα φρασὶν	Stultæ obsecutum menti
Ἀμετέραν ἀποσυ-	A-nostris deprædatum-fu-
λᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·	isse violenter juste-imperantibus parentibus:

P A R A P H R A S I S.

Postquam autem illic integros viginti annos habitavi, & conversatus sum adeo honeste, ut nihil sordidi dixerim aut fecerim, domum repetivi, ut Aesonis patris mei regnum ab alio præter jus occupatum recuperem: si quidem illud olim Jupiter largitus est populorum duci Aeolo, ejusque posteris, ut illis esset hoc dignitatis regiæ decus, hic honor. Etenim accepi Peliam injustum regni possessorem, stultæ mentis consilio obsequutum, regnum illud per vim eripuisse parentibus meis,

N O T Æ.

184 Ἐκτελέσαις Ed. Commel. nisi sit erratum. Ἐκτελέσας Commune. MS. γ. Addit vero Χαρικλοῖ, quod evenit incuria librarii, vel erat emendatio τῷ χαρικλοῖ, de quo superius. 185 Οὔτε leg. sine Apostrophe cum MS. C. 71. 186 Ἐντράπελον leg. omnes Codd. Schol. videtur agnoscere utramque lect. Ἐντράπελον in istis, ὃ ἄν τις ἐντραπείη· & εὐτράπελον diserte. Posterius hoc vocabulum post Schmid. reposuimus, quia Pindaricum est hoc sensu, ut in P. 1. videre est. Qua ratione vero εὐτράπελοι, quam vocem pro Urbano utitur Aristoteles, malo etiam sensu usurpatur, indicat idem Philosophus Ethic. 4. c. 8. Nam Ἐπιπολάζοντος τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, etiam τοὺς βωμολόχους (scil. Illiberales) nominari εὐτραπέλους. Sordidum exponit Vulg. Schola vero Chironis ob optimam ac castissimam & quæ Heroum mores maxime expoliret, disciplinam, ab antiquis Poëtis celebratur. 188. Ἀρχὰν ἀγκομίζων leg. Alii. Quæ lectio Criticum aliquem magis quam Pindarum sapit. Quam sæpe enim Schol. exponit τὸ κομίζειν per ἀνακομίζειν. Lonicer. οἴκαδ' ἀρχαίαν conjungit, & redd. Antiquam domum. 189 Βασιλευομέναν οὐ κατ' αἶσαν] Ubi regnatur non secundum jus & æquum, ut Vulg. vel Administratum uti decet. Schmid. Bud. enim κατ' αἶσαν expon. Decenter. Juxta has expositiones crederes Jasonem accusasse Peliam culpæ alicujus in administratione regni & injuriæ erga cives. Sed nil constat ejusmodi. Quin potius sibi vendicat imperium, tanquam patrimonium vel Hæreditatem quam majores sui à Diis acceperant. Ideo οὐ κατ' αἶσαν est, Injuria. Contra Fatorum ordinem; quem quidem Jupiter confirmavit. 193 Νιν leg. Perinde. Πελίαν ἄθεμιν] Ex quo apparet, hæc non ad Peliam habita esse verba, sed ad Populum antequam veniret Pelias: aut eo jam digresso, verba sunt Aretii. Et huic quidem opinioni favent versf. 207, 208. Verum Nil ulterius apparet, præterquam quod magnanimus Jason Tyranni vultum non reveritus, ore libero locutus fuerit; Vel si Placet Schmidii sententia, Jason ad Peliam ignotum verba hæc fecerit; licet qui evenire potuit, ut Rex non dignosceretur à Plebe aliis dispiciendum relinquimus. Vide κῶλα 166 & 167. 194. Πιθήσαντα leg. Commel. & Plant. metro reclamante. Φρεσὶν Commune Edd. vulg. 195 Edd. vulg. leg. ἁμετέρων Comm. Nos vero Dor. Licet Schol. referat ἁμετέραν ad ἀρχεδίκαν. Forsan ex eo, quod legerent ἁμετέραν, nec Dor. scriptum meminissent, originem habuit varia lectio quam apud Schol. vide sis.

[Εἴκοσι ἐκτελέσαις.] εἴκοσι δὲ ἐκπληρώσας ἐνιαυτοὺς παρὰ Χείρωνι, οὔτε ἔργον, οὔτε λόγον ἐκείνοις ἀπαίδευτον εἰπὼν, παραγενόμενος εἰς τὰ οἰκεῖα, τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν σπεύδων ἀναλαβεῖν τοῦ πατρὸς Αἴσονος. ὑπ' ἄλλου νῦν κατὰ τὸ δίκαιον οὖσαν. εὐτράπελον δὲ, ἀπαίδευτον. αἰσχρὸν ὃ ἐκτρέψαιτο ἄν τις. ἢ ἐναντίον, καὶ αἰσχρὸν, ὃ ἄν τις ἐντραπείη. [Οἴκαδ' ἀρχαίαν κομίζων.] παραγωγῶς ἐξηγαγε τὴν ἀρχὴν, ὡς καὶ Ὅμηρος τὴν ἀνάγκην. ἀναγκαίη γάρ φησιν, ἐπείγει. [Ἄλλως.] Χαῖρις γράφει, ἀρχὰν ἀγκομίζων πατρὸς ἐμοῦ. ἵν' ᾖ, τὴν ἀρχὴν ἀνακομιζόμενος τοῦ ἐμοῦ πατρός. ἥτις βασιλεύεται παρὰ πάντα τὰ δίκαια. ὁ γὰρ Πελίας, ἀφείλετο τὸν Αἴσονα τὴν ἀρχήν. [Τάν, ποτε Ζεὺς ὤπασεν.] ἣν πάλαι ποτέ φησι βασιλείαν, ὁ Ζεὺς ἐχαρίσατο τῷ Αἰόλῳ, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισίν. ἡ δὲ γενεαλογία, οὕτω. Προμηθέως Δευκαλίων. οὗ Ἕλλην· οὗ Αἴολος· οὗ Κρηθεὺς, καὶ Ἀθάμας, καὶ Σαλμωνεύς. καὶ Κρηθέως μὲν παῖς, Αἴσων. Αἴσωνος δὲ, Ἰάσων. Σαλμωνέως δὲ, Τυρώ. ἧς καὶ Ποσειδῶνος, Πελίας, καὶ Νηλεύς. [Πεύθομαι γάρ μιν.] κατακούω δέ φησι τὸν ἄδικον Πελίαν, ταῖς ἀνοήτοις πεισθέντα φρεσὶ, τὴν τῶν ἡμετέρων γονέων ἀποσυλῆσαι βασιλείαν λευκαῖς πιθήσαντα φρεσί. λευκὰς εἶπε φρένας, κατὰ τὸ ἐναντίον, τὰς παρ' Ὁμήρῳ μελαίνας. ἃς ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐν βάθει διαφαινομένων ὑδάτων, κατὰ μεταφορὰν ὠνόμασε. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπόλαια τῶν ὑδάτων, διαυγῆ, καὶ λευκά. τὰ δὲ ἐν βάθει, μέλανα. διόπερ, τὰς μὲν ἐπιπολαίους, λευκὰς φρένας εἶπε Πίνδαρος· τὰς δὲ ἐν βάθει, μελαίνας Ὅμηρος. [Ἀμετέραν ἀποσυλᾶσαι.] Χαῖρις γράφει ἁμετέραν, καὶ περισπᾷ τὸ ἀρχεδικᾶν. ἵν' ᾖ, τὴν ἡμετέραν πατέρων τὴν ἀρχεδικᾶν ἀποσυλῆσαι αὐτὸν πεύθομαι. οὐκ ἀρχεδίκαν, τὴν ἀρχὴν, ἣν κατὰ δίκην, τουτέστι κατὰ τὸ δίκαιον, εἶχον οἱ ἐμοὶ γονεῖς. προστέτακται γὰρ τὴν ἀρχήν. [ἱκόμαν οἴκαδε ἀρχαίαν κομίζων.] διόπερ ἀκολούθως ἐπήγαγεν ἁμετέραν ἀποσυλῆσαι. εἰ δὲ περισπωμένως ἀναγινώσκομεν ἀρχεδικᾶν, οὐκ ἐκκόπτει ἡ γραφή. ἔσται γὰρ λόγος τοιοῦτος. τὴν ἡμετέραν ἀρχὴν, τῶν ἀρχεδικᾶν μου γονέων, πεύθομαι τὸν Πελίαν ἀποσυλῆσαι.

[Τοὶ,

Τοί μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον
Φέγγος, ὑπερφιάλου ἁγεμόνος
Δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσ-
εί τε φθιμένου δνοφερὸν
Εν δώμασι θηκάμενοι μετὰ κω-
κυτῷ γυναικῶν, κρύβδα πέμ-
πον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις.
Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Κρονίδα
Δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.

Qui me, poſtquam primum vidi
Lumen, ſuperbi ducis
Veriti injuriam, funus tan-
quam defuncti atrum
In ædibus quum-poſuiſſent cum eju-
latu mulierum, clam emiſe-
runt faſciis in purpureis.
Noctu communicantes iter, Saturnidæ
Vero ad-nutriendum Chironi dederunt.

στροφὴ ς'. κώλων ιδ'.

Αλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
Ιστε. Λευκίππων δὲ δόμους πατέρων
Κεδνοὶ πολῖται φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος, οὐ
Ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
Φὴρ γέ με θεῖος Ια-
σονα κικλήσκων προσηύδα.

METAPHRASIS.

Sed horum quidem capita ſermonum
Scitis. Equeſtrium vero ædes parentum
O inclyti cives indicate mihi aperte.
Æſonis enim filius indigena, non
Peregrinam veni in terram aliorum.
Centaurus vero me divinus Ja-
ſonem nominans appellavit.

PARAPHRASIS.

ad quos jure ſucceſſionis pertinebat. Qui quidem, ubi primum in lucem editus fui, veriti ne dux ille inſolens me perderet, ne quis legitimus imperii ſucceſſor eſſet ſuperſtes, à quo olim jure repeteretur, finxerunt me eſſe mortuum, & funus cum mulierum præficarum planctu ſimulatum noſtris in ædibus celebrarunt. Interea vero per noctem, quam hujus commenti conſciam fecerunt, itineri me commiſerunt, & purpureis faſciis involutum clam ad Chironem miſerunt, eique educandum tradiderunt. Sed hanc rerum mearum hiſtoriam ſummatim attigiſſe ſatis eſt: ut ſciatis quis ſim. Jam vero ô cives honorandi, parentum meorum equis albis inſidentium ædes aperte mihi oſtendite. Etenim cum ſim filius Aeſonis, etiam ſum indigena, ac proinde in alienam & peregrinam regionem non venio. Quod ſi meum nomen avetis ſcire, Jaſonem me nominavit ſemifer ille divinus Chiron Centaurus.

NOTÆ.

198 Ηγιμόνος leg. γ. 200 Neander leg. Ωσεί & ad marginem notat, eſſe pro ὥστε. 201 Pal. C. leg. μέγα κωκυτῷ. Et Schol. ejus μικτικῶς. 202 Alii κρύβδαν. Nos ſequimur MS. C.71. 204 Νυκτὶ κοινάσαντες] Κοινώσαντες Ed. Commel. Vulg. exponit, Quum noctem ad iter ſociam accepiſſent. Eodem ſenſu Portus, Cum nocte communicato itinere. 205 Τράφεν Æol. pro τραφεῖν, quod habent pleræque Edd. Vtrumque vero Dor. pro τραφῆναι. 207 Ιστε] Cognoſcite in Imperativo reddiderunt Philippus & Lonicerus. Est vero pro ἴσατε. Utitur autem Plurali, quia fingit Poëta, quaſi concurſus hominum, ut fieri ſolet, factus ſit, ad quos jam converſus Jaſon ſequentia verba proloquitur. Schmid. Vide Not. ſeq. 208 Κεδνοὶ Euſtath. deduc. à κήδομαι, ut ſit, Cura digni. Exponi hic poteſt, ut & apud Heſiodum (Μητέρι κεδνῇ,) Chari cives. Studet enim Jaſon populi gratiam conciliare; ideoque illuc revertitur, ubi abruperat ſermonem. Ne Peregrinum me putetis, &c. & Forte hac ratione tutus in ædibus paternis eſſe potuit per quinque dies, antequam ſe contulerit ad Peliæ Regiam. Inſpicias locum infra, à verſ. 230 ad 240. 211 Φὴρ] Pro Θὴρ Æol. ut alibi. Schmid. annotat τοὺς Φῆρας eſſe Theſſalos; Aret. tamen eos ita vocari teſtatur, propter Centauros. 212 Κικλήσκων] Aret. deducit Ιάσων ab ἰᾶσθαι pari jure ac Schol. ab ἰᾶσιν.

[Τοί, μ' ἐπεὶ πάμπρωτον.] οἵτινές με φησὶν οἱ γονεῖς, ἐπειδὴ τεχθεὶς τὸ πρῶτον φῶς ἐθεασάμην, τοῦ ἀδικωτάτου βασιλέως δεδοικότες τὴν ὕβριν, φροντίδα καὶ λύπην πένθιμον ὥσπερ τετελευτηκότος ἐν τοῖς οἴκοις θέμενοι σὺν θρήνῳ γυναικείῳ, λαθραίως ἔπεμπον, ἐνδύσαντες σπαργάνοις πορφυροῖς. κοινωνὸν, τὸ τῆς νυκτὸς σκότος τοῦ μηχανήματος ἐσχηκότες. καὶ δεδώκασί με ἀναστρέφειν τῷ Χείρωνι. [Αλλως.] οἱ γονεῖς οἱ ἐμοὶ, ὅτε ἐγεννήθην, δείσαντες τὴν ὕβριν τοῦ ἡγεμόνος Πελίου, ὑποθέντες τεθνηκέναι με καὶ κηδεύειν μετὰ γυναικῶν Κωκυτοῦ, ὡς ἐκφορὰν τελοῦντες, κρύφα καὶ νύκτωρ, ἔπεμψαν πρὸς τὸν Χείρωνα, ἵνα μηδὲν πάθω ὑπὸ τοῦ Πελίου. [Σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις, νυκτὶ κοινάσαντες ὁδόν. Κρονίδα δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.] Τῇ νυκτὶ κοινωνήσαντες κατὰ τὴν ὁδὸν, ἀντὶ τοῦ, νυκτὸς μὲν κατακρύψαντες. Κρονίδῃ δὲ, τῷ Χείρωνι. ἐκ γὰρ Κρόνου καὶ Φιλύρας. [Αλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων.] Αλλὰ τούτων μὲν τῶν λόγων τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πέρας γινώσκετε. ἤτοι, τὰ μείζονα καὶ κύρια. τῶν δ' ἱππικῶν μοι πατέρων τοὺς οἴκους μηνύσατε, ὦ ἔντιμοι πολῖται. Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος ὑπάρχων, οὐκ εἰς ξένην ἥκω γῆν. εὐπροσώπως δὲ ὁ Πίνδαρος Λευκίππους καλεῖ τοὺς Λευκίππων Μηκυναίων πατέρας. [Φὴρ δέ με θεῖος.] παρὰ ἰατρὸς ἦν, τὸν ἐκτραφέντα ὑπ' αὐτοῦ φερωνύμως, Ιάσονα ἐκάλεσε, παρὰ τὴν ἴασιν. ὁ δὲ νοῦς. ὁ κένταυρος δέ με Ιάσονα ἐκάλει. καὶ θῆρα μὲν διὰ τὴν συμβολὴν τοῦ σώματος, ἢ τὴν φύσιν. θεῖον δὲ, ἤτοι παρὰ τὴν δικαιοσύνην, ἢ παρὰ τὸν τεκόντα Κρόνον.

Ως φάτο. Τὸν μὲν ἐσελ-
θόντ' ἔγνω ὀφθαλμὸς πατρός.
Εκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων γλεφάρων·
Αν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
Γάθησεν ἐξαίρετον,
Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

Sic dixit. Illum quidem ingres-
sum cognovit oculus patris.
Ex ejus vero ebullierunt
Lachrymæ senilibus palpebris:
Suo in animo quandoquidem
Gavisus-est eximie, (num
Filium quum-vidisset pulcherrimum homi-

ἀντιστροφὴ ς'. κώλων ιδ'.

ΜΕΤΑΦΡ.

Καὶ κασίγνητοι σφίσιν ἀμφότεροι
Ηλυθον, κείνου γε κατὰ κλέος, ἐγ-
γὺς μὲν Φέρης, κράναν Υπερηίδα λιπὼν,
Εκ δὲ Μεσσάνας, Αμυθάν· ταχέως
Δ' Αδματος ἧκεν, καὶ Μέλαμπος,
Εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. Εν δαιτὸς δὲ μοίρα,

Et fratres Æsonis ad-eos ambo
Venerunt, illius ad famam; ex-propin-
quo quidē Pheres, fontē Hypereidē linquens;
Ex Messene vero Amythaon: statim
Vero Admetus venit, & Melampus,
Bene-cupientes patru-
eli. In convivii vero parte,

PARAPHRASIS.

Sic loquutus ad parentum ædes venit: eumque ingressum & visum agnovit pater sive clam adolescentem ante viserat, sive ex præcedenti narratione filium esse resciverat. Tum immodica perfusus animi lætitia, quod filium virorum pulcherrimum conspexisset, lachrymas ex senilibus palpebris effudit, quæ instar bullarum aquæ bullientis manarunt. Protinus Aesonis fratres, Jasonis patrui, Pheres nimirum & Amythaon, audito nepotis insperato adventu, ille quidem ex propinquo loco, Pheres videlicet, ubi fons est Hypereius, accessit: hic autem ex Messena Laconiæ civitate. Quinetiam simul cum illis venit Admetus Pheretis, & Melampus Amythaonis filius, patrueles ejus, adventum patrueli gratulantes. Illos autem lautis conviviis

NOTÆ.

213 Εἰσελθόντ' Commune leg. Edd. vulgatæ. 214 Εγνων ὀφθαλμοί leg. omnes Codd. præter Schmid. qui Singul. utitur propter metrum. MS. C. 71. hab. ἔγνω ὀφθαλμός. 215 Παμφόλυξαν MS. γ. Portus in Pind. Lex. scribit Schol. legisse ἀνεβράδησαν vel aliquid tale. Επομφόλυξαν enim est ejusdem significatus, & in hac voce Schol. æque potuit declarare Metaphoram. 216 Βλεφάρων Commune Editt. plurimæ. At MSS. nostra cum optimis Codd. hic & alibi consentiunt, ideoque Dorismum non neglеximus. Agnovit vero, ut quidem sentit Schmid. ex certis quibusdam indiciis à Chirone acceptis. Nota est Fabula de Ulysse à nutrice agnito. 221 Υπερῇδα] Συνίζησις τῶν ηι. Sic Homerus Υπερείαν vocat. 223 Αμυθὰν leg. MS. γ. contract. pro Αμυθάων, quod hab. Hom Odyss. Λ. 224 MS. γ. leg. ἵκεν. 225 Εὐμενέοντες] Benevole excipientes; vel etiam benevolum sibi reddentes patruelem, ut sit idem quod εὐμενίζοντες. Verbum εὐμενέω alias cum Dativo construitur. Schmid. 226 Εν δαιτὸς μοίρα] In convivii decore. Schmid. Portus. In Convivii parte, in qua colloquium inter convivas haberi solet. In convivio. Vulg.

[Ως φάτο.] οὕτως εἶπε. τοῦτον δὲ τὸν Ιάσονα εἰσελθόντα, ἐγνώρισαν οἱ τοῦ πατρὸς ὀφθαλμοί. καὶ ἅμα τῇ γνώσει, ἀπὸ τῶν γεγηρακότων βλεφάρων ἀπεβράσθησαν δάκρυα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἐξαιρέτως καὶ ὑπερβεβλημένως ἥσθη. τὸ δὲ ἀνεβράσθησαν ὡς ἐπὶ ζεστῶν ὑδάτων ἔφη κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἀναζεόντων ὑδάτων. τοιοῦτος γὰρ ἦχος γίνεται ἀπὸ ἀναβρασμοῦ. τοῦτο γάρ φησιν ἐκ τοῦ παρεπομένου· ἀντὶ τοῦ ἐδάκρυσε. γίνεται δὲ τοῦτο, ἐπειδὰν ὑπέρμετρος χαρὰ ἐπιπέσοι, ὥστε ἀκουσίως δακρύειν. Σοφοκλῆς· Χῶρος γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν, ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει. δακρύρροοῦσι γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνοντες. Ζητεῖται δὲ, πῶς δυνατὸν, τὸν ὑπὸ τὴν γένεσιν ἐν σπαργάνοις τεθέντα, νῦν δὲ τετελειωμένον κατὰ τὴν ἡλικίαν γνωρίσαι; Η δεῖ λέγειν ὅτι διὰ χρόνου τινὸς, ὁ Αἴσων ἐπισκεψόμενος τὸν υἱὸν λεληθότως ἐπορεύετο πρὸς τὸν κένταυρον. αὐτὸς γὰρ ἐξέθετο, ὅπως ἐκτραφῇ. διὸ καὶ ἐγνώρισεν αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν κατελθόντα. κατὰ κλέος δὲ, κατὰ τὴν Ιάσονος ἐπάνοδον. [Εγγὺς μὲν Φέρης.] ἐγγὺς, ἀντὶ τοῦ ἐγγύθεν. ἐκ τοῦ σύνεγγυς τόπου τῶν Φερῶν ἐγγὺς κειμένων τῆς Ιωλκοῦ. Υπέρεια δὲ κρήνη ἐν ταῖς Φεραῖς. ὡς Σοφοκλῆς· Ω γῆ καὶ Φεραία χαῖρε· σύγγονόν θ' ὕδωρ, Υπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον. Φασὶ δέ τινες, ἀπὸ Υπέρητος λαβεῖν αὐτὴν τοὔνομα, ὡς Φερεκύδης. φησὶ γὰρ οὕτω. Μέλας ὁ Φρίξου γαμεῖ Εὐρύκλειαν. τῶν δὲ, γίνεται Υπέρης, ὃς ᾤκει ἐπὶ τῇ κρήνῃ τῇ ἀπ' αὐτοῦ κληθείσῃ Υπερείᾳ. κατ' ἐνίους δὲ, καὶ ἔκδοσις παρ' Ομήρῳ οὕτως ἔχει· Οἳ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο ἰδὲ κρήνην Υπέρειαν. εἰσὶ δέ φασι καὶ ἐν Λακωνικῇ Υπέρειαν κρήνην. [Εκ δὲ Μεσσάνας Αμυθάν.] ἐκ δὲ τῆς Μεσσήνης τῆς Λακωνικῆς πόλεως, ὁ Αμυθὰν παραγίνεται. καὶ ὅτι οὗτοι Αἴσονος ἀδελφοὶ, καὶ Ομηρος φησί· Τοὺς δ' ἑτέρους Κρηθῆϊ τέκεν βασίλεια γυναικῶν. Αἴσονά τ' ἠδὲ Φέρητ' Αμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην. [Ταχέως δ' Αδματος ἧκεν καὶ Μέλαμπος.] οὗτοι ἐκείνων ἦσαν υἱοὶ, καὶ σὺν τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἦλθον. Αμυθάονος γὰρ Μελάμπους. Φέρητος δὲ, Αδμητος. ἀνεψιοὶ τοῦ Ιάσονος. [Εν δαιτὸς δὲ μοίρα.] ἐν δὲ τῷ συμποσιακῷ καιρῷ καὶ τῇ μερίδι τῆς εὐωχίας, προσηνέσι λόγοις αὐτοὺς ὁ Ιάσων δεξιούμενος, ξένια ἁρμόζοντα κατασκευάζων, πᾶσαν εὐφροσύνην καὶ ἡδονὴν αὐτοῖς ἐξέτεινεν.

Μειλιχίοισι λόγοις
Αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
Πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν,
Ἀθρόαις πέντε δρεπὼν
Νύκτεσσίν ἔν θ' ἁμέραις
Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

ἐπῳδὸς ς'. κώλων ιγ'.

Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον θέμενος
Σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ,
Συγγενέσιν παρεκοι- [κλισιᾶν
νᾶθ'. Οἳ δ' ἐπέσποντ'. Αἶψα δ' ἀπὸ
Ὦρτο σὺν κείνοισι. Καί ῥ' ἦλ-
θον μέγαρον Πελία δ'· ἐσσύμενοι
Δ' εἴσω κατέσταν. Τῶν δ' ἀκού-
σαις αὐτὸς, ὑπηντίασεν,
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά.
Πραῢν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
Φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον,

Amicis verbis
Eos Jason excipiens,
Et munera-hospitalia convenientia præbens,
Omnem ad hilaritatem *eos* perducebat,
Totis quinque decerpens
Noctibus atque diebus
Sacrum hilaris-vitæ florem.

METAPH.

At in sexto, omnem sermonem proponens
Serium ab initio vir,
Cum-consanguineis communica-
bat. Illi vero obsequebantur. Statim vero ex
Proruit cum illis. Et sane vene- [sedibus
runt ad ædes *Peliæ* : festinantesque
Ingressi steterunt. *De* iis vero quum-au-
disset ipse, obviam-processit,
Tyrus capillitii-studiosæ filius.
Placidum autem Jason molli
Voce instillans sermonem,

PARAPHRASIS.

excepit Jason: inter quæ & oratione blanda apud eos utebatur, & xenia convenientia parabat. Atque omnis hilaritatis genere sese cum illis recreavit, & quinque solidos dies, totidemque noctes jucundissimo patruorum & patruelium convictu fruitus est. Verum die sexto vir ille omnem serium sermonem de regni repetitione, quem ab initio adventus proposuerat, repetens, & cum suis consanguineis communicans, consilium capiebat: illi autem ejus sententiam approbabant. Initio consilio protinus domo cum illis exit, & ad Peliæ ædes contendit. Quo cum pervenissent, propere ingressi sunt. Pelias autem Tyrus studiosæ capillitii filius, audito advenientium strepitu, obviam properavit. Ilico cum convenissent, Jason placida & sapienti

NOTÆ.

229 Ξεῖνι' Comm. MS. γ. 230 Editt. leg. ἐς, pro quo Dor. ἐν ex MS. γ. reposuimus. Τάνυεν] Extendit, Vulg. Portus, Omnique voluptatis genere ipsos exhilarare studuit. Detinuit eos, morari fecit, manere fecit. Schmid. 234 Θέμενος] Exponens. Schmid. 235 Ἀρχῆς Comm. leg. MS. γ. 236 Συγγενέσι πᾶσι κοινᾶθ' leg. Edd. pleræque. Nostræ lectioni favent MSS. C. 71. γ. & Pal. C. & metrum postulat. Παρεκοινᾶτο vero à παρακοινάομαι, de cujus simplici κοινάω Partic. κοινάσαντες paulo ante habuimus. Neander vult esse Dor. pro παρεκοινοῦτο. Non vero à κοινόω dicitur ἐκοινόετο, ἐκοινοῦτο, sed ἐκοινοῦτο. 239 Editt. quas inspeximus leg. -θον Πελία μέγαρον ἐσσύμενοι. Schmid. emendat μέγαρον δ'. Restituimus vero ex MS. C.71. Ἐσσύμενοι] Lonicer. vertit, Universi. Est vero pro σεσυμένοι, Poët. retracto accentu. 240 Edd. ante Schmid. leg. ἔσω. Sed MS. C.71. hab. εἴσω. 241 Ἀκούσας Commune leg. C. 71. 243 Hoc κῶλον omisit Pal. C. Prudenter autem agit, πραῢν ὄαρον, h. e. colloquium cum uxore, seu suave, & ποτιστάζων quod & ipsum virtutis est, Flatus oratio, ac demum σοφῶν ἐπέων. Aret.

[Ἰάσων δέγμενος.] οὐχ' ὡς πάντας ὑποδεδεγμένου τοῦ Ἰάσονος τοὺς περὶ Φέρητα δεῖ νοεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἐγένετο ὑπὸ Αἴσονος τοῦ πατρὸς ἡ ξενία τοῖς ἀδελφοῖς, διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸν ὑποδέξασθαι. ἡ γὰρ ἀναφορὰ τῆς ξενίας εἰς αὐτὸν ἀνήγετο. [Ἀθρόαις πέντε δρεπών.] ἀδιαλείπτως διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τὸ ἄνθος τῆς ζωῆς ἀποδρέπων, αὐτοῖς τὰ πρὸς εὐωχίαν παρεχόμενος. ὁ δὲ νοῦς, ἐν πέντε δὲ ἡμέραις δρεπόμενος τὸ ἱερὸν τῆς ζωῆς ἀπάνθισμα τὴν εὐφροσύνην, ἐξένιζε τοὺς συγγενεῖς. [Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ.] ἀλλ' ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, τὸν ὅλον λόγον τὸν σπουδαῖον ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰάσων τοῖς συγγενέσιν ἑαυτοῦ ἐκοινώσατο· οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐπέσποντο καὶ ἠκολούθησαν, ἀντὶ τοῦ, συνῄνεσαν αὐτῷ, καὶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἀνέλαβον. [Ἄλλως.] οἱ δὲ ἐπηκολούθησαν αὐτοῦ τῇ προαιρέσει εὐωχηθέντες. [Αἶψα δ' ἀπὸ κλισιᾶν.] ταχέως δὲ ἀπὸ τῶν σκηνῶν, σὺν τοῖς προειρημένοις ὥρμητο ὁ Ἰάσων, καὶ δὴ παρεγένοντο εἰς τὸν τοῦ Πελίου οἶκον. σπουδαίως δὲ ἔσω τοῦ οἴκου κατέστησαν. [Τυροῦς γενεά.] Ὅμηρος· Ἡ δ' ὑποκυσαμένη, Πελίαν τέκε καὶ Νηλῆα. ὁ δὲ νοῦς, ὁ δὲ Τυροῦς γενεά, τουτέστιν ὁ Πελίας, τούτων ἀκούσας καὶ αἰσθόμενος τὴν εἴσοδον, ἀπήντησεν αὐτοῖς. [Πραῢν δ' Ἰάσων.] μαλθακῇ δὲ, καὶ οὐ τραχείᾳ φωνῇ ἀπὸ τοῦ στόματος λόγον στάζων, κατεβάλετο βάσιν καὶ ἀρχὴν τῶν σοφῶν λόγων. [Ὄαρον] δὲ, τὴν ὁμιλίαν. ἐξ οὗ καὶ ὀαρίζω, τὸ ὁμιλῶ. καὶ ὀαρισμὸς ἡ ὁμιλία.

[Παῖ

Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποτειδᾶνος Πετραίου,

στροφὴ ζʹ. κώλων ιδʹ.

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν δ᾽ ὅμως.
Ἀλλ᾽ ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ θεμισσαμένους
Ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
Εἰδότι τοι ἐρέω·
Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδεϊ Σαλ-
μωνεῖ· τριτάισι δ᾽ ἐν γοναῖς

Jecit fundamentum sapientum verborum:
Fili Neptuni Petræi,

Μεταφη.

Sunt quidem hominum mentes velociores
Ad lucrum laudandum præ justitia iniquum,
Asperum euntiũ ad tempus-subsequens tamen.
At me oportet & te legitime-frænatis
Affectibus, texere reliquam felicitatem.
Scienti tibi dico:
Una bucula Cretheoque mater *fuit*
Et audacis-consilii Sal-
moneo: tertiis vero in generationibus

Paraphrasis.

oratione Peliam compellat. Pelia fili Neptuni Petræi (sic dicti ex quo discidit montes Thessalicos, Tempe dictos, & fluvium Peneum per eos deduxit) Promptiores sane sunt hominum mentes ad laudandum lucrum injustum, quam ad justum illi anteponendum, quanquam quod injuste vel cum lucro fecerint, postea tristem sortiri solet exitum, nec iniquo lucro diu fruuntur Quod cum ita sit, par est ut omisso iniqui lucri studio, & animi affectibus ad justitiam & æquitatem compositis, uterque nostrum futuræ felicitati prospiciat, ut in reliquum vitæ tempus, amice, pacate, feliciterque vivamus. Dicam quod ipse apprime nosti. Una eademque mulier, nempe Enarea utero gessit, peperitque Aeolo Cretheum & audacem Salmoneum: à quibus oriundi tertii sumus.

Notæ.

246 Ποτειδᾶνος Commune leg. omnes Codd. præter C. 71. 249 Τρηχεῖαν leg. MS. C. 71. Jonicum pro Communi τραχεῖαν, cujus prima brevis est. Ideo τραχεῖαν, quod retinemus, est Dor. pro Jonico τρηχεῖαν· quod intellexit iste Grammaticus. Locum παραφράζει Schmid. Postquam aliquandiu injuriis gavisi sunt homines, & tanquam dies festos nequitiæ egerunt: instat tempus, quo gaudium illud male finiatur. Ἐπίβδαν] Neander vertit, Pœnitentiam. 251 Ὀργὰς] Pro ira sumit Aret. Ὑφαίνειν] Ἐμφατικῶς commune totius familiæ commodum texturæ comparat, quæ interturbatur, nisi fila filis certa ratione respondeant, & inter se coëant. Et texturam istam non abrumpi, sed ex utraque parte pro virili continuari deinceps quoque cupit. Schmid. Vel potius ut Aret. Contexere, quasi res nostræ dissolutæ, sint consilio restituendæ in melius. 253 Βοῦς] Schmid. Pro Fœmina accipit. Nem. 10, 112. Vel accipi docet Proverbialiter, qua ratione nemo ignorare potest. Schol. Enaream; Alii vero Laodicen filiam Aloëi, Oti & Ephialtæ sororem, matrem eorum fuisse volunt, ex Æolo, Elidis domino. 254 Θρασυμήδεϊ] Quod ausus fuerit supra pontem quendam æneum vectus, fulmina Jovis imitari, ipse postea vero fulmine extinctus. Virg. Æn. 6. 255 Τρίταις δὲ C. 71. Perinde.

[Παῖ Ποσειδῶνος Πετραίου.] Πετραῖος τιμᾶται Ποσειδῶν παρὰ Θεσσαλοῖς. ὅτι διατεμὼν τὰ ὄρη τὰ Θετταλικὰ, λέγω δὴ τὰ Τέμπη, πεποίηκε δι᾽ αὐτῶν ἐπιτρέχειν τὸν ποταμὸν Πηνειὸν, πρότερον διὰ μέσης τῆς πόλεως ῥέοντα, καὶ πολλὰ τῶν χωρίων διαφθείροντα. καὶ Καλλίμαχος· Φεύγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων. οἱ δὲ, ὅτι ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς, ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὸν θορὸν δεξαμένη ἡ γῆ, ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἐπεκάλεσαν Σκύφιον. [Ἄλλως.] ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ Πετραῖος. φασὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τῷ Πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅπου ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος. διὸ καὶ Ἵππιος ὁ Ποσειδῶν. [Πρὸς ἐπίβδαν.] ἐπίβδαι κυρίως καλοῦνται, αἱ ἑπόμεναι τὴν ἑορτῶν ἡμέραι, αἱ μεθέορτοι. ἐπιβάδες τινὲς οὖσαι, αἱ ἐπαγόμεναι τῇ ἑορτῇ. τινὲς δέ φασι παρεμβεβλῆσθαι τὸ βῆτα. τὰς γὰρ ἐπιδαιτὶ, λέγουσιν ἐπίβδας. ὡς τὴν σίδην, σίβδην. καὶ ἴασον, ἴβασον. οἱ δὲ, μετῆχθαι, ἀπὸ τῶν ἐπιβδαλλομένων προβάτων. βδάλλοντες γὰρ οἱ ποιμένες ἅπαξ, αὖθις ἐπιβδάλλουσι· νῦν δὲ σημαίνει τὸ μέλλον καὶ τὸ μετὰ ταῦτα. ὁ δὲ λόγος, αἱ τῶν ἀνθρώπων φρένες πρὸς τραχεῖαν ἑρπόντων ἐπίβδαν, ὡς ἄν τις εἴποι, καίπερ τοῖς τοιούτοις μετὰ τὴν παροῦσαν εὐφροσύνην τοῦ κέρδους, τραχείας ἐπιούσης ἐπίβδης. ἢ καίπερ τοῦ τοιούτου πράγματος τοῦ ἀδίκου ἢ ἐπικερδοῦς, τραχεῖαν ἔχοντος τὴν ἐπίβδην· τουτέστι, τὴν μετὰ ταῦτα ἀπόλαυσιν, οὐ τερπνὴν ἔχοντος. ὁ δὲ νοῦς. ὦ τοῦ Πετραίου Ποσειδῶνος παῖ Πελία· αἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων φρένες, ταχύτεραι ἐπαινέσαι καὶ ἀνελέσθαι τὸ παρὰ τὸ δίκαιον κέρδος. καί τοι ἑρπόντων ἐκ τῆς ἀδικίας πρὸς τὴν ἑξῆς τραχεῖαν ὁδὸν, ὅμως τὸ κέρδος τοῦ δικαίου προκρίνουσιν. [Ἀλλ᾽ ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ θεμισσαμένους.] ἀλλὰ προσήκει ἐμέ καὶ σὲ ἀφεμένους τῶν ἀγανακτήσεων, συντιθέναι εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὴν εὐδαιμονίαν. ἢ δικαίως διακείναντας τοὺς ὀργὰς ἐκτελεῖν τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν. [Εἰδότι ἐρέω. Μία βοῦς.] βοῦν καταχρηστικώτερον τὴν τοκάδα φησὶ, τουτέστι, τὴν μητέρα. λέγεται δὲ μήτηρ Κρηθεῖ καὶ Σαλμωνεῖ Ἐνάρεα. [Ἄλλως. Μία βοῦς.] μεταφορικῶς οὖν φησι μία βοῦς, ἀντὶ τοῦ μία γυνή. ἰδίως δὲ, οὐκ ἀπὸ ἀνδρογενείας εἴληφεν ἀπὸ τοῦ Αἰόλου, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς γυναικός. εἰ μὴ ἄρα οὗτοι οἱ πάπποι ἀλλήλοις ὁμογάστριοι, ὅ, τε Κρηθεὺς καὶ Σαλμωνεύς. ὁ μὲν Αἴσονος, ὁ δὲ Πελίου. φησὶ τοίνυν, ἓν ἐχόμενον γένος. καὶ Ἡσίοδος· Αἰολίδαι δ᾽ ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες· Κρηθεὺς ἠδ᾽ Ἀθάμας, καὶ Σίσυφος αἰολομήτης· Σαλμωνεύς, ἄδικος, καὶ ὑπέρθυμος περὶ κήρει. ὁ δὲ νοῦς. γιγνώσκοντί σοι λέγω. μία μήτηρ ἡ Ἐνάρεα τῷ Κρηθεῖ καὶ Σαλμωνεῖ. ἐν δὲ τρίταις γοναῖς ἐξ ἐκείνων φυτευθέντες ἡμεῖς, τὴν χρυσῆν δύναμιν τοῦ ἡλίου ὁρῶμεν. τουτέστιν, ἐν ζῶσι διάγομεν. [Τρίταισι δ᾽ ἐν γοναῖς.] ἡ γενεαλογία, οὕτω. Σαλμωνέως, Τυρώ. Τυροῦς, Πελίας. τρίτος οὖν ἀπὸ Σαλμωνέως ὁ Πελίας. ὁ δὲ Ἰάσων, καὶ αὐτὸς οὕτω τρίτος. Κρηθεὺς ἐστὶ Σαλμωνέως ἀδελφός· Κρηθέως δὲ, Αἴσων. Αἴσονος δὲ, Ἰάσων. τρίτος οὖν ἀπὸ Κρηθέως. ὁ μὲν οὖν Πελίας ἀπὸ Σαλμωνέως κατὰ μητέρα ἀριθμούμενος, Ἰάσων δὲ κατὰ πατέρα ἀπὸ Κρηθέως.

[Εἴτις

Αμμες αὖ κείνων φυτευθέντες, σθένος ἀελίου χρύσεον
Λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφίσταντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει
Ομογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

Nos deinceps ab-illis sati, robur solis aureum
Cernimus. Parcæ autem prohibent, si qua simultas intercedit
Cognatis, pudorem tegere.

ἀντιστροφὴ ζ'. κώλων ιδ'.

Οὐ πρέπει νῷν χαλκοτόροις ξίφεσιν,
Οὐδ' ἀκόντεσσι μεγάλαν προγόνων
Τιμὰν δάσασθαι. Μῆλά τε γάρ τοι ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίημ', ἀγροὺς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Αμετέρων τοκέων,
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν·
Αλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
Καὶ θρόνος, ᾧ ποτε Κρηθείδας

Metaph.

Non decet nos-duos æs-penetrantibus gladiis,
Aut jaculis magnam majorum
Gloriam partiri. Oves quippe tibi ego
Et boum flavos greges relinquo, agrosq; omnes, quos postquam-abstulisti
A-meis parentibus,
Depasceris, opes *tuas* pinguefaciens.
Neque me angit, *quod* tuam domum hæc amplificant valde:
Sed *angit me* & sceptrum monarchicum,
Et thronus-regius, cui olim Cethreides

Paraphrasis.

& inter mortales vivimus & versamur. Nam Salmoneus Tyronem filiam, Tyro Peliam filium habuit. Cretheus genuit Aesonem, Aeson Jasonem. Idcirco cum consanguinitatis vinculo contineamur, honestum etiam sit, ut insolubili amicitiæ nodo fœderati connectamur, quo beatam vitam exigamus. Nam siqua inter consanguineos intercedat excusso omni pudore simultas, omnis abest felicitas. Proinde velim, quo finem illum consequamur, mutuo concordiæ studio teneamur, & siquid inter nos dirimendum venit, id placide transigamus. Ecce majorum meorum sceptrum, omniaque bona possides, quæ quidem singula nullo excepto, jure repetere possem: sed hæc volo tecum partiri tantummodo: nec tamen id facere (neque enim ita fieri decet) commoto inter nos bello, ubi res gladiis telisque agitur. Lubens tibi relinquo pecudes, armenta, fundosque omnes quos parentibus meis eripuisti, & quibus nunc aleris, & quorum ubertate ditaris. At regiam dignitatem mihi reddas aveo. Neque enim angit me ulla bonorum, quibus tua domus amplificata turget, invidentia: sed mihi ægre est quod monarchicum sceptrum non teneo, soliumque regium non occupo: in quo sedens olim Crethei filius Aeson pater meus

Notæ.

258 Μοῖραι δ' ἀφίσταντ'] Qui nobiscum leg. ἀφίσταντ' pro ἀφίστανται reddunt vel in Media Voce, ut nos, vel in Passiva cum Vulg. felicitas abscedit, si qua simultas existat inter consanguineos, adeo ut pudorem tegant. Qui vero ἀφίσταντο leg. in Imperfecto, reddunt, Abesset felicitas, si quod odium esset inter cognatos sine pudore: ut Philippus & Lonicer. Accipiunt hi Imperfectum Indicativi pro Optativo vel Subjunctivo, more Græcis usitatissimo. Alteram lectionem cujus meminit Schol. retinet Brub. Ed. & juxta eam reddit Portus, Parcæ hoc avertant, si qua simultas existat inter consanguineos, ut ideo pudorem tegas, meumque mihi restituere recuses impudenter; licet Ed. Comm. quam ille adornavit, hab. ἀφίσταντ'. At lectioni huic opponit Schmid. Quod ἀφίσταμαι in Passiva voce, Avertendi aut Deficere faciendi sensum non habeat, sed Neutralem potius Desistendi, &c. ut alibi apud hunc Autorem; & rursus, ἀφισταῖντο scribi oportuisse. Neque enim Accentus retractatione opus est, ut in δύναιντο, quum Activum ἀφίστημι sit in usu. 261 Νῶιν Alii. Νῷ MS. γ. Χαλκοτόροις Editt. plurimæ. Χαλκοτέροις MS. γ. 265 Τοὺς] Οὓς Comm. leg. C. 71. Ἀπούρας pro ἀπουρίσας ab ἀπουρίζω Ionice pro ἀφορίζω. 267 Νέμεαι] Rom. & Brub. Edd. hab. νέμεις. Licet Brub. hab. ad Marg νέμεαι. Lonicer. vero censet verbum νέμω adfingendum & inde νέμεις pro νέμῃς. Syllaba vero deficiet. 271 Θρόνοι C. 71.

[Εἴ τις ἔχθρα.] ἐὰν δέ τις ἔχθρα ὁμογόνοις γένηται, ὥστε καλύπτειν τὴν αἰδῶ καὶ ἀποκρύπτειν, τουτέστι μὴ αἰδεῖσθαι, τοῦ τοιούτου πράγματος ἀφίστανται αἱ Μοῖραι. ὡς ἄν τις εἴπῃ, οὐκ εὐμοιροῦσιν, οὐκ ἀγαθῇ μοίρᾳ χρῶνται· ὁ δὲ Χαίρις, προστιθεὶς τὸ ι, γράφει ἀφίσταιντο, ἵν' ᾖ εὐκτικὸς ὁ λόγος. ἀφίσταιντο αἱ Μοῖραι, εἰ μέλλοι ἐν τῷ γένει ἡμῶν διαφορὰ γενέσθαι, ὥστε πρὸς ἀναίδειαν τραπῆναι. καὶ οὐκ ἀπιθάνως ὁ Χαίρις τοῦτό φησι. [Οὐ πρέπει νῷιν.] οὐ προσῆκον δέ, οὐδὲ δίκαιον ἡμῖν ἀμφοτέροις, χαλκοτόροις ξίφεσιν, ἤγουν τοῖς τῷ χαλκῷ τιτρώσκουσι ξίφεσιν, οὔτε μὴν ἀκοντίοις, τὴν μεγάλην καὶ περίσημον τῶν προγόνων βασιλείαν διαμοιράσασθαι. [Μῆλά τε γάρ τοι.] τὰ μὲν γὰρ πρόβατα καὶ τὰς τῶν βοῶν ἀγέλας ἀφίημι καὶ συγχωρῶ, καὶ πάντας τοὺς ἀγρούς, οὕσπερ ἀφελόμενος τῶν ἐμῶν γονέων νέμῃ, τὸν σὸν οἶκον καὶ πλοῦτον ἐκ τῆς ἐπικαρπίας αὔξων. μῆλα δὲ νῦν καταχρηστικώτερον, πᾶσαν τὴν τῶν τετραπόδων κτῆσιν ἀρχαΐζων φησί. καὶ Ομηρος· Ανθρώπους δ' ἀπέπαυσεν ἐπὶ χθονί, μῆλα δὲ κήδει. [Αμετέρων τοκέων·] ἀντὶ τοῦ τοκέως τοῦ πατρός. ὁ γὰρ Αἴσων, τοῦ Πέλιου κατὰ μητέρα ἀδελφός. [Κοὔ με πονεῖ] οὐκ ἀλγύνει με ταῦτά φησι τὸν σὸν οἶκον αὔξοντα, ἀλλὰ τὸ σκῆπτρον τῆς μοναρχίας, καὶ ὁ θρόνος τῆς μοναρχίας. [...] νῦν τὸ πονεῖ με. [Ω ποτε.] ᾧ ποτε θρόνῳ ὁ τοῦ Κρηθέως παῖς Αἴσων ἐπικαθεζόμενος, ἐπ' εὐθείας ἦγε τοῖς [...] τὰς δίκας.

[Τὰ

Εγκαθίζων, ἱππόταις	Insidens, equestribus
Εὔθυνε λαοῖς δίκας.	Dirigebat populis jura.
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας	Hæc quidem sine communi molestia
ἐπῳδὸς ζ΄. κώλων ιγ΄.	Μεταρη.
Λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ	Redde nobis, ne quod recentius ex
Αὐτῶν ἀναστήσῃς κακόν.	Illis exsuscites malum.
Ως ἄρ᾽ ἔειπεν. Ἀκᾷ	Sic utique dixit. Placide
Δ᾽ ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· Εσομαι	Autem vicissim-allocutus-est & Pelias: Ero
Τοῖος. Ἀλλ᾽ ἤδη με γηραι-	Talis. Sed jam me seni-
ὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ.	lis pars ætatis circundat.
Σὸν δ᾽ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυ-	Tuæ vero flos ætatis adhuc in-vi-
μαίνει· δύνασαι δ᾽ ἀφελεῖν	gore-est : potesque auferre
Μᾶνιν χθονίων. Κέλεται γὰρ ἑὰν	Iram *Deorum* inferorum. Jubet enim suam
Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλ-	Animam reducere *Phrixus*, pro-
θόντα πρὸς Αἰήτα θαλάμους,	fectum ad Æetæ thalamos,
Δέρμά τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,	Pellemque arietis villosam auferre,
Τῷ ποτ᾽ ἐκ πόντου σαώθη,	Quo olim è mari servatus-fuit ;

PARAPHRASIS.

bellicosis populis jura dabat. Hæc igitur ô Pelia, sceptrum nempe, & solium, quæ conditionibus æquis reposco, citra molestiam omnem mihi reddito: ne si id non feceris, nobis novi alicujus mali sis author. Hæc Jasonis verba fuerunt. Cui sic placide respondit Pelias. Ita faciam Jason, ut mali nullius sim author: te cum pro imperio non digladiabor: sed rem amice componemus. Verum antequam regni clavum tibi restituam, tu qui juvenili florentis ætatis æstu ferves, me senectute circundatum necessario labore leva. Sane potes iram placare Deorum terrestrium, quos male habet quum alicujus anima in patriam non est reducta. Jubet autem Phrixus qui in Colchica terra obiit, ut ad Æetæ regionem & ædes proficiscar, indeque cum non supersit corpus, ipsius animam convenientibus ceremoniis in patriam navi reducam, eademque opera huc adveham villosum vellus arietis illius, quo vectus olim è mari Colchos incolumis evasit:

NOTÆ.

273 Λῦσον Alii. 277 Ακᾶ] Neander intell. pro ἀκῆ, quod non exstat. Est autem pro ἀκῇ, tauquam ab ἀκή. Ακὴν enim Adverb. in usu est. 278 Ανταγόρευσεν pro ἀντηγόρευσεν, augmento retento, quod α productum arguit. Ut autem tota Jasonis oratio fuit juvenilis, aperta, & sola veritate suffulta: Ita tota hæc Peliæ est senilis, dolosa, & fallax: astute præterit quæcunque objecerat Jason: Celat animo dolorem, & dissimulat metum: concedit statim simpliciter, quod tamen mox sub prætextu pietatis ad conditiones restringit: atque ita Juvenem laborum impertæsum, gloriæque cupidum facile capit: speratque vel in navigatione eum interiturum, vel à barbaris occisum iri. Εσομαι τοιοῦτος Alii. Nos MSS. sequimur. 281 Σοῦ δ' ἄνθος Alii. 282 Αμφιπολεῖ C. 71. Peculiaris est Pindaro, prætextus Religionis, quod & observat Schol. 284 Φρύξος C. 71. 285 Ελθόντας MS. γ. & Ed. Brub. Non male. Imo Pindarico idiomati valde affine. 286 Δέρμα κριοῦ] Strabo l. 11. testatur, esse aquas Colchi auriferas, & barbaros alveolis perforatis, pellibusque lanosis arenas aureas excipere & colligere: indeque occasionem Fabulæ de Aureo Vellere ortum fuisse. Rom. Crat. & Brub. hab. βαθύμαλον.

[Τὰ μὲν ἄνευ] ταῦτα μὲν οὖν καὶ χωρὶς τινος ἀνίας καὶ λύπης διάλυσον τοῦ δικαίου· μή τι νεώτερον ἡμῖν καὶ ἐπιβλαβὲς ἐξ αὐτῆς ἀναστείη κακόν. ἐὰν δὲ ἡ ἀναστήσῃ, ἔσται ὁ νοῦς τοιοῦτος. μὴ ὁ νεωτερισμὸς ἡμῖν κακὸν ἀναστήσῃ. [Αλλως.] τινὲς κατὰ συναλοιφὴν θέλουσι τοῦτο ἐξενηνέχθαι. ὡς παρ᾽ Ομήρῳ· Ἵνα ὕβριν ἴδῃ Αγαμέμνονος Ατρείδαο, ἀντὶ τοῦ, ἴδηαι. οὕτως οὖν ἀναστήσῃ ἀντὶ τοῦ ἀναστήσηαι. [Ως ἄρ᾽ ἔειπεν.] οὕτως εἶπεν ὁ Ιάσων. ὁ δὲ Πελίας, ἠρέμα καὶ ἡσύχως ἀνταπεκρίθη αὐτῷ. [Εσομαι τοιοῦτος.] γενήσομαι τοιοῦτος οἷος μηδὲν ἀναστῆσαι ἄδικον καὶ νεώτερόν φησιν· ἀλλὰ ἤδη με τὸ γηραιὸν μέρος τῆς ἡλικίας περικυκλεῖ, καὶ περιέχει. [Σὸν δ᾽ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει.] μετεωρίζεται· ἀπὸ τῶν κυμάτων ἡ μεταφορά. πρὸς τί δὲ ταῦτα λέγει; ἐγὼ μὲν εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς γῆς οὐκέτι ἰσχύω τι δρᾶν, γέρων ὤν. σὺ δὲ νέος ὤν, δύνασαι ἀπολῦσαι τὸν ἐκ τῶν χθονίων γεγονότα κότον τῷ γένει ἡμῶν. ἴδιος δέ ἐστι καὶ ἐνταῦθα ὁ Πίνδαρος, μετὰ τοῦ δέρρους καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ Φρίξου κελεύων τῷ Ιάσονι ἐκ τῆς Αἴας κομίσαι καὶ ἀνακαλέσασθαι. ἐπὶ γὰρ τούτῳ μηνίειν τοὺς χθονίους δαίμονας, τῶν ἄλλων ἐπὶ μόνην τὴν κομιδὴν τοῦ δέρρους αὐτὸν ἐκπεμφθῆναι λεγόντων. ὅτι δὲ τὰς ψυχὰς ἀνεκαλοῦντο τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀποιχομένων, Ομηρος δηλοῖ· Οὐδ᾽ ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι, Πρίν τινα, τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι. [Αλλως.] ἐπειδὴ γὰρ ἐν Κόλχοις τέθνηκεν ὁ Φρίξος, κελεύει με δι᾽ ὀνείρων ἀνακαλέσασθαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς Θετταλίαν, παραγενόμενον εἰς τοὺς τοῦ Αἰήτου οἴκους. κελεύει δέ με καὶ τὸ δέρμα τοῦ κριοῦ ἀγαγεῖν, ᾧ ποτὲ ἐκ τοῦ πόντου διεσώθη, καὶ ἐκ τῶν τῆς μητρυιᾶς ἀθέων βελῶν, τῶν ἐπιβουλῶν. ἔθος δὲ ἦν τῶν τελευτησάντων ἐπ᾽ ἀλλοδαπῆς, εἰ καὶ μὴ τὰ σώματα εἴη παρ᾽ αὐτοῖς, τὰς γοῦν ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλεῖσθαι, καὶ ὥσπερ συμπλευσάσας εἰς τὴν πατρίδα διασώζειν. [Κομίξαι,] ἤγουν ἀνακομίσαι· ἢ ἐπιμελείας ἀξιῶσαι. ἡρωϊκώτερον δὲ τὸ πρῶτον, καὶ ἄξιον τοῦ πλοῦ.

στροφὴ η΄. κώλων ιδ΄.

Εκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν
Φωνεῖ. Μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
Εἰ μεταλλατόν τι· καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν.
Τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν
Τέλεσον· καί τοι μοναρχεῖν
Καὶ βασιλευέμεν ὄ-
μνυμι προήσειν· καρτερὸς
Ορκος ἄμμι μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
Συνθέσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες, οἱ μὲν κρίθεν.
Ατὰρ Ιάσων αὐτὸς ἤδη

METAPH.

Eque novercæ impiis telis.
Hæc mihi admirandum ſomnium accedens
Clamat. At oraculum-conſului apud Caſtaliam,
Si quid explorari-poſſet:& quam celerrime urget me *Deus* facere navi profectionem.
Hoc certamen *tu*, ſponte
Perfice: & tibi monarchiam-obtinere
Ac regnare juro me-permiſſurum: *ad* validum
Jusjurandum nobis teſtis adſit
Jupiter Genitivus ambobus.
Pactum hoc quum-approbaſſent, ipſi quidem ſeparati-diſceſſere.
At Jaſon ipſe jam

ἀντιστροφὴ η΄. κώλων ιδ΄.

Ορνυεν κάρυκας, ἐόντα πλόον

METAPH.

Incitabat præcones, inſtantem navigationem

PARAPHRASIS.

evitavitque novercæ impias inſidias, quæ ei quod ſuis amoribus noluiſſet obtemperare, periculum apud patrem ſtruebat. Porro mandatum iſtud in ſomnis per ſomnium admirandum accepi. Ob quod Delphicum Apollinis oraculum conſului, & interrogavi num id mihi peragendum eſſet. Id autem peragendum reſpondit. Ideoque te juvenem hortatur, ut quamprimum inſtructa claſſe in Colchicam regionem proficiſcaris. Age laborem hunc ultro ſuſcipe: quem quum exegeris, ſancte juro me tibi permiſſurum ut monarchiam obtineas, & regno potiaris. Jovem autem ad quem uterque noſtrum genus refert, teſtem appello, perque nomen ejus juro fixum ratumque fore quod ſpondeo. Poſtmodum qui Jaſonem ad Peliæ ædes comitati erant, Peliæque domeſtici, qui his venientibus cum ipſo, obviam prodierant, approbatis hiſce conditionibus, alii ab aliis ſeparati abierunt. Sed jam tum Jaſon ipſemet cœpit ſuos præcones excitare, ut futuram navigationem per totam Græciam

NOTÆ.

228 Ἐκ τῶν Edd. nonnullæ. 292 Οτρύνει σε leg. Alii. Nos ſequimur Ald. & C. 71. 296 Περιστεῖν] Quaſi ultro ad pedes projecturum eſſe, tanquam prœmium pro averſa ira Deorum inferorum. Callide. Schmid. 298 Γενέθλιος] Schol. refert ad ἀμφοτέροις, ut & Paraphraſtes. Alii vero ita appellari dicunt, quod ei curæ ſit liberorum procreatio, & poſteritatis conſervatio; & ſic ἀμφοτέροις referendum ad μάρτυς. Quaſi dicat Pelias, Iſte Deus cui poſteritas curæ eſt, ſit teſtis nobis duobus, & liberis noſtris eadem ratione conſulat, ac nos promiſſis noſtris ſtamus. 301 Αὐτὰρ Alii. 302 Ορνυ leg. C. 71. Ἐόντα] Præſentem, quo ſenſu habetur, ἐόντα Ni. Lonicer. reddit. Navi undique exiſtente & apparente: Ita τὸ παντᾶ refert ad ἐόντα, cum ſit referend. ad φανέμεν. Portus, Ad denunciandum ubique exiſtentem Navigationem minimeque dubiam, i. e. certo conſtitutam, non vero uti Schmid. vult, eum locutum fuiſſe. Ἐξόντα tamen leg. Schmid. h. e. Licitam, & cuivis ſtrenuo conceſſam navigationis ſocietatem.

[Εκ τε ματρυιᾶς βελέων.] ἐκακώθη γὰρ διὰ τὴν μητρυιὰν, ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ, καὶ ἐπιβουλευθῆ, ὥστε φυγεῖν. ταύτην δὲ ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν ὕμνοις, Δημωτικὴν φησίν. Ιππίας δὲ Γοργῶπιν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Αθάμαντι, Νεφέλην. Φερεκύδης, Θεμιστώ. ὃς καὶ φησὶ τῶν καρπῶν φθειρομένων ἐκ ταυτομάτου, ἐθελούσιον δοῦναι ἑαυτὸν εἰς σφαγὴν. τὸ δὲ ἀθέων βελέων, ἀλληγορικῶς ἀντὶ τῶν βουλευμάτων, ἢ λόχων, ἢ πραγμάτων. οὐ γὰρ ἐνδόντος αὐτοῦ πρὸς ἃ ἡ μητρυιὰ παρεκάλει, ἐπιβουλεύθη εἰς τὰ τεθρυλλημένα. [Αλλως. Αθέων βελέων,] τῶν ἐπιβουλῶν φησὶ, καὶ τὴν κατ' Ινὼ ἱστορίαν ἐκτίθεται. [Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος.] ταῦτά μοι ὁ θαυμαστὸς ὄνειρος παραγγελλόμενος ἔλεγεν. [Μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ.] ἐμαντευσάμην δὲ εἰς Δελφοὺς, εἰ ἐρευνητέον περὶ τούτων, ὧν ὁ ὄνειρος καθ' ὕπνους ὑπέθετο. τουτέστιν, εἰ πρακτέον· ὁ δὲ ὡς τάχιστα κελεύει ναῦν παρασκευάσασθαι, καὶ καθέλκειν εἰς τὸν ἐπὶ Σκυθίᾳ ἀπόπλουν. [Τοῦτον ἄεθλον.] τοῦτον τὸν ἆθλόν φησιν ἑκὼν ἐκτέλεσον. κἀγώ σοι προΐημι ἀρχὴν καὶ βασιλείαν τῆς Θεσσαλίας. περὶ δὲ τῶν λεγομένων, καὶ τῆς ἀποδόσεως τῆς βασιλείας, ὅρκος ἰσχυρὸς καὶ βέβαιος ἡμῖν Ζεὺς ἔστω. γενέθλιος δὲ, ἀμφοτέροις, Πελίᾳ τε καὶ Ιάσονι. Σαλμωνεὺς γὰρ καὶ Κρηθεὺς εἰς Δία τὸ γένος ἀνῆγον. [Συνθέσιν ταύταν.] ταύτην τὴν συνθήκην τῶν ὅρκων καὶ τῆς βασιλείας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπαινέσαντες, διεχωρίσθησαν. [Αὐτὰρ Ιάσων.] ὁ δὲ Ιάσων αὐτὸς, παρώξυνε τοὺς κήρυκας, καὶ δόξαντα πλοῦν εἰς Σκυθίαν ἀναφανεροῦντα πανταχῆ.

[Τάχα

φαινέμεν παντᾷ. Τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
Ἦλθον, Ἀλκμάνας θ' ἑλικοβλεφάρου,
Λήδας τε. Δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
Ἀνέρες, Ἐννοσίδα
Γένος, αἰδεσθέντες ἀλκάν,
Ἔκ τε Πύλου, καὶ ἀπ' ἄ-
κρας Ταινάρου· τῶν μὲν κλέος
Ἐσλὸν, Εὐφάμου τ' ἐκράνθη,
Σόν τε Περικλύμεν' εὐρυβία.
Ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ, φορ-
μικτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ
Ἔμολεν εὐαίνητος Ὀρφεύς.

Denunciare ubique. Statim vero Saturni-
dæ Jovis filii tres indefatigati-pugnatores
Venerunt, Alcmenæq; rotunda-habentis-super-
Ledæque. Duo vero alte-comati [cilia,
Viri, Neptuni
Genus, reveriti *suum* robur,
Eque Pylo, & à promon-
torio Tænaro: quorum quidem gloria
Insignis completa-est, Euphemique,
Tuaque ô Periclymene late-potens.
Ex Apolline vero, citha-
rœdus carminum pater
Accessit bene-laudatus Orpheus.

P A R A P H R A S I S.

denunciarent, & socios navigationis undiquaque convocarent. Itaque mox venerunt tres Saturnii Jovis filii heroës fortissimi & robustissimi, pugnatores indefatigabiles, videlicet Hercules quem ex Alcmena nigris superciliis decora uxore Amphitryonis suscepit, Castor & Pollux quos ex Leda. Venerunt etiam duo viri altam comam gerentes Neptuni filii, qui veriti ne ignavi viderentur, & studiose caventes ne suæ fortitudini dedecus inurerent ad hanc navigationem se contulerunt, nimirum late potens Periclymenus ex Pylo, & Euphemus ex Tænaro Laconicæ promontorio, qui ex hac expeditione gloriæ complementum reportarunt. Venit etiam laudatissimus Orpheus, Apollinis filius, poëta & citharœdus longe præstantissimus.

N O T Æ.

303 Πάνθ leg. nonnullæ Edd. quod est pro πάντως, omnino, certo. 305 Ἀλκμήνας Comm. leg MSS. nostra. 308 Αἰδεσθέντες ἀλκάν] Lonicer. redd. Insignes robore.

[Τάχα δὲ Κρονίδαο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς.] πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει, τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον εἰσελθόντας σκάφος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Καβείροις. ὁ δὲ Πίνδαρος, συμπλεῦσαι τὸν Ἡρακλέα τοῖς Ἀργοναύταις φησίν. ὡς δὲ ἐν Μυσίᾳ ἐξῆλθεν ἐφ' ὑδρεῖαν, κατελείφθη παρὰ τῶν Ἀργοναυτῶν. οἱ δὲ νεώτεροι, διὰ τὸ κατὰ τὴν εἰρεσίαν ἄπειρον αὐτὸν εἶναι καὶ συντρίβειν τὰς κώπας, ὡς καὶ Ἀπολλώνιός φησι, Δὴ τότ' ἀνοχλίζων τετρηχότος οἴδματος ὁλκοὺς, Μεσσόθεν ἆξεν ἐρετμόν. οἱ δὲ, ὅτι ἐφ' οὗ ἂν ἐκαθέσθη μέρους, ἐκεῖ ἡ ναῦς ἔδυνεν. ὁ δὲ νοῦς ἐστὶ τοιοῦτος. ταχέως δὲ οἱ τοῦ Κρόνου παιδὸς Διὸς τρεῖς παῖδες τὸν ἀριθμὸν, οἱ ἀκοπίαστοι κατὰ τὴν μάχην, παρεγένοντο. καὶ ἐκ μὲν Ἀλκμήνης, Ἡρακλῆς· ἐκ δὲ Λήδας, οἱ Διόσκουροι. πάλιν δὲ, συλληπτικῶς ἐχρήσατο τῷ τρόπῳ· φαίνεται γὰρ Ἡρακλῆς, Ἀλκμήνης καὶ Λήδας υἱὸς ὢν, κατὰ τὸ ἀδιαχώριστον τοῦ λόγου. ἀλλὰ προσῆκε διαστέλλοντας ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον τῆς γενέσεως προσάπτειν, τὸ, χωρὶς οὖν συμβέβηκε τῷ Ἡρακλεῖ καὶ ἐπὶ τῶν Διοσκούρων κοινῶς εἴρηκεν. οἱ μὲν γὰρ, Διὸς καὶ Λήδας. ὁ δὲ, Ἀλκμήνης μόνος. [Δοιοὶ δ' ἀνέρες Ἐννοσίδα γένος.] δύο δὲ ἄνδρες παρεγένοντο, ἐκ Ποσειδῶνος ἔχοντες τὸ γένος, τὴν ἑαυτῶν αἰδεσθέντες δύναμιν. τουτέστιν, οὐκ ἀνάξια τῆς ἑαυτῶν ἀνδρείας λογισάμενοι. καὶ ὁ μὲν Περικλύμενος, ἐκ Πύλου. ὁ δὲ Εὔφημος, ἐκ Ταινάρου. ὁ δὲ ἀκρωτήριον τῆς Λακωνικῆς, παρεγένοντο. πάλιν συλληπτικώτερον. οὐ γὰρ ἀμφότεροι ἀπὸ Ταινάρου καὶ Πύλου. ἀλλ' ὁ μὲν Περικλύμενος, ἐκ Χλωρίδος καὶ Νηλέως, ἐκ Πύλου στέλλεται. Εὔφημος δὲ, ἐκ Ταινάρου, ὡς αὐτὸς προεῖπε. πῶς δὲ Ἐννοσίδα εἶπε τοὺς δύο; Νηλέως γὰρ ὁ Περικλύμενος. ὁ δὲ Νηλεὺς, Ποσειδῶνος υἱός. ὁ δὲ Εὔφημος, Ποσειδῶνος ἐκ Ταινάρου. υἱωνὸς δὲ ὁ Περικλύμενος ἐκ Πύλου. [Αἰδεσθέντες ἀλκάν.] ἐντραπέντες ἣν εἶχον ἀλκὴν καταισχῦναι, εἰ μὴ ὑπακούσειαν τοῖς καλοῦσι, διὰ τοῦτο ὑπέμειναν πλεῦσαι, ἵνα μὴ καταιδεσθῶσιν ὡς ἄνανδροι. [Τῶν μὲν κλέος.] τούτων μὲν οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν Ποσειδῶνος παίδων, δόξα τις ἀγαθὴ συνεπεράνθη, κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἀργοναυτῶν. [Ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ, φορμικτάς.] παρεγένετο δὲ καὶ ὁ τῶν ἀοιδῶν πατὴρ, ἐξ Ἀπόλλωνος ὢν καὶ κιθαριστὴς, ὁ εὐαίνητος Ὀρφεύς. τουτέστιν, ὁ ὑπὸ πάντων ἐπαινούμενος. Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φασὶν εἶναι. ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι, Οἰάγρου λέγουσιν. Ἀμμώνιος δὲ σύμφωνον τὴν ἱστορίαν θέλων εἶναι, οὕτως ἀποδίδωσιν. [Ἐξ Ἀπόλλωνος φορμικτάς.] ὁ δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος μουσικὸς, Ἐκ γάρ τοι Μουσέων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ, καὶ κιθαρισταί. ὥσπερ οὖν ἐκ Διὸς λέγουσιν εἶναι τοὺς βασιλεῖς· οὐχ ὅτι γόνος εἰσὶ τοῦ Διὸς, ἀλλ' ὅτι τὸ βασιλεύειν ἐκ Διὸς ἔχουσιν· οὕτως ἐξ Ἀπόλλωνος, φορμικτὴν αὐτὸν εἶπεν. ἡγεμὼν γὰρ ὁ θεὸς τῆς κιθαρῳδίας. ὁ μέν τοι Χαίρις, οὐκ ἀπιθάνως τούτους φησὶν ὀνομάζειν τοὺς ἐκ θεῶν γεγονότας. οἷον Διοσκούρους, καὶ Ἡρακλέα· οὕτω δὴ καὶ Ὀρφέα, διὰ τὸ Ἀπόλλωνος εἶναι υἱὸν γόνῳ. παρατίθεται δὲ καὶ χρησμόν τινα. ὅν φησιν Μέναιχμον ἀναγράφειν ἐν τῷ Πυθικῷ. ἔχει δὲ οὕτω. Πίερες αἰνοπαθεῖς, στυγνὴν ἀποτίσετε λώβαν· Ὀρφέ' ἀποκτείναντες, Ἀπόλλωνος φίλον υἱόν· καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης, Ὑμέναιον, Ἰάλεμον, Ὀρφέα.

[Πέμπτ

ἐπῳδὸς η΄. κώλων ιγ΄.	Μεταφρ.
Πέμπε δ᾽ Ἑρμᾶς χρυσόῤῥαπις διδύμους	Misitq; Mercurius aureā-virgam-gestans duo
Υἱοὺς, ἐπ᾽ ἄτρυτον πόνον,	Filios, ad difficilem laborem,
Τὸν μὲν Ἐχίονα, κε-	Unum quidem Echionem, ferven-
χλαδόντας ἥβᾳ, τὸν δ᾽ Ἔρυτον. Ταχέως	tes pubertate, alterum vero Erytum. Statim
Δ᾽ ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα	Autem circa Pangæi fundamenta
Ναιετάοντες ἔβαν. Καὶ γὰρ ἑκὼν	Habitantes venerunt. Etenim promptus
Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-	Animo hilari ocius ador-
τυνεν βασιλεὺς ἀνέμων	navit princeps ventorum
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας,	Zeten Calainque pater Boreas,
Ἄνδρας πτεροῖσι νῶτα πε-	Viros alis terga horren-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.	tes ambos purpureis.
Τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν Ἡμιθέοι-	At omnia-persuadens dulce Semide-
σιν πόθον γ᾽ ἔνδαιεν Ἥρα	is desiderium indidit Juno
στροφὴ θ΄. κώλων ιδ΄.	Μεταφρ.
Ναὸς Ἀργοῦς· μή τινα λειπόμενον,	Navis Argus: nequis relictus,

PARAPHRASIS.

Præterea Mercurius qui virgam auream gestat, qua vel in Orcum *ducit, vel inde educit animas, Echiona & Erytum filios ætate florentes misit ad laborem hunc insuperabilem exantlandum. Insuper Boreadæ qui in radicibus Pangæi montis Thraciæ ad Septentrionem habitant, celeriter advenerunt. Etenim pater ipsorum Boreas rex ventorum, læto promptoque animo ocyus adornavit filios Zeten, & Calaim, viros quibus ambobus terga purpureis alis horrebant, quique pernicissimi erant. Verumenimvero quod divini illi heroes dulci navis Argus desiderio quod quævis persuadet, ita flagrarent, hoc Junonis instinctu accidebat, quæ animos ipsorum accendebat, ne quis relinqueretur*

NOTÆ.

319 Κεχλαδότας C. 71. Id est, Illustres propter Juventutis vigorem. Sic κεχλαδὼς Ol. 9, 3. Sed rejicit metrum. Κεχλαδότας est Aor. 2. Part. à Verbo κεχλαδάω, quod Syracusano more, augmentum Præteriti præfixum habet, pro χλαδάω vel χληδάω, quod est, Luxurior, Floreo, Vegetus sum. Benedictus vult Schmid. corrigere in scriptura verbi χληδάω, dicit enim esse χλιδάω. Verum uti χλιδάω etiam usurpatur, ita & χληδάω agnoscitur ab Harpocratione, quem proculdubio sequitur Schmidius. Vide alteram hujusmodi Alcmanicam (ut Schol. vocat) Syntaxin ad Isthm 5, 22. Εὔρυτον hab. Alii. metro non consentiente. Ἔρυτον vocat Apollonius l. 1. 320 Παγκαίου Alii. 323 Ἔντυνεν γ. Βασιλεὺς ἀνέμων] Ob validitatem. Schmid. 325 Πτεροῖσι νῶτα] Apollonius pedum plantis affingit alas, Argon. 1. v. 219. Τὼ μὲν ἐπ᾽ ἀκροτάτοισι ποδῶν ἑκάτερθεν ἐρεμνὰς Σεῖον ἀειρομένω πτέρυγας--- Et Orpheus in Argon. v. 219. Οἵ δὴ καὶ ταρσοῖσιν ὑπ᾽ ἐσχατίοις πεπότηντο. Ubi ταρσοῖσιν ἐσχατίοις est, Extremis plantis. 326 Πεφρικόντας leg. C. 71. Πεφρίκοντας à Πεφρίκω itidem more Syracusano. 327 Παμπειθῆ MSS. C.71. & Pal. C. Posterioris vero Schol. exponunt βαρὺν, μέγαν. 328 MS. C.71. omitt. γ.

[Πέμπε δ᾽ Ἑρμᾶς.] ὁ νοῦς, συνέστειλε τοῖς ἥρωσιν ὁ χρυσῆν μεταχειριζόμενος ῥάβδον Ἑρμῆς, τοὺς διδύμους ἑαυτοῦ παῖδας, ἐπὶ τὸν δεινότατον ἆθλον, Ἐχίονα. καὶ Εὔρυτον, τοὺς τῇ ἀκμῇς ὑπεραίροντας θερμῷ. τὸ δὲ σχῆμα τῆς φράσεως, Ἀλκμανικόν. πρὶν γὰρ εἰπεῖν τὰ δύο ὀνόματα, μέσην ἔταξε τὴν μετοχήν. [Ἐπ᾽ ἄτρυτον πόνον.] τὸν ἀκαταπόνητον. ἐκ δὲ τούτου, τὸ ὑπερβεβλημένον ὡς δεινὸν ἐμφαίνει. [Κεχλαδόντας ἥβᾳ.] ἀντὶ τοῦ πλήθοντας. κυρίως δὲ χλῆδος, ἡ μετ᾽ ἤχου τῶν ὑδάτων ῥύσις, μιμητικῶς εἰρημένη. ὡς καὶ βρόμος, πυρός. τῷ δὲ σχήματι τῆς ἑρμηνείας Ἀλκμὰν κέχρηται. ἐπὰν γὰρ περὶ δυοῖν ποιεῖται τὸν λόγον, τὸ ἕτερον ὄνομα προθεὶς, περὶ ἀμφοῖν ποιεῖται τὸν λόγον. εἶτα οὕτω, τὸ ἕτερον προσαποδίδωσιν. οἷον, κάστωρ τε πώλων ταχέων δμητῆρες ἱππόται σοφοὶ, καὶ Πολυδεύκης Κυδνός. καὶ Ὅμηρος· Ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον, ἠδὲ Σκάμανδρος. Οἱ δὲ περὶ τὸν Εὔρυτον, Ἀντιανείρας τῆς Μενέτου. [Ταχέως δ᾽ ἀμφὶ Παγγαίου.] ὁ νοῦς. ταχύτατα δὲ περὶ τὴν ἐξόρμησιν οἱ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκοῦντες Βορεάδαι, τοῖς ἥρωσι συνεστέλλοντο. [Καὶ γὰρ ἑκών.] καὶ γὰρ αὐτοὺς ἑκὼν, ψυχῇ προσηνεστάτῃ, ταχέως ἐκέλευσεν ὁ τῶν ἀνέμων βασιλεὺς Βορέας. [Ζήταν Κάλαΐν τε,] ἴσως δὲ τὰ ὀνόματα πεποιημένα, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, οἷον, ζάητιν, τὸν ἄγαν ἄοντα καὶ πνέοντα. καὶ Κάλαϊν, οἷον, καλῶς ἄοντα. τινὲς δὲ, ἀναιροῦσι τὸν τῶν Βορεαδῶν μῦθον, ὑπολαμβάνοι αὐτοὺς εἶναι πτερωτοὺς, ταχυτάτους δὲ εἶναι, καὶ ὀξύτητι τῶν ποδῶν διαφέροντας, καὶ τὴν Ὠρείθυιαν, οὐχ᾽ ὅτι Βορέας ἥρπασεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἀνὴρ τῶν ἐν Θρᾴκῃ ἐνοίκων. Βορείους γὰρ ἐκάλουν οἱ Ἕλληνες, τοὺς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦντας, διὰ τὰ τοῦ Βορέου πνεύματα. ἐπεμίγνυντο δὲ τοῖς Ἕλλησιν, οἱ περὶ Ζήτην καὶ Κάλαϊν, καὶ ἠγωνίζοντο, διὰ τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν. καὶ ἐκαλοῦντο ἀπὸ τῶν τόπων Βορεάδαι. τὸ δὲ πεφρικόντας, ἀντὶ τοῦ διαφρικνοῦντας. φρὶξ γὰρ κυρίως, ἡ ἠρεμαία κίνησις τῶν πνευμάτων. μυθικῶς δέ τι ἀνέπλασεν, ἐπτερῶσθαι φήσας τοὺς Βορεάδας. καὶ ἴσως, ἀλληγορικώτερον ὁ μῦθος ἔχει, διὰ τὰς ταχείας τοῦ πατρὸς πνοάς. [Πόθον ἔνδαιεν Ἥρα.] ἐπέκαυσε καὶ ἐνέβαλεν ἐπιθυμίαν τοῖς ἥρωσιν ἡ Ἥρα τοῦ Ἀργῴου στόλου, ὥστε μή τινα ἀπολειπόμενον, ἀκινδύνως καὶ ἀδόξως τὸν αἰῶνα παρὰ μητρὶ μένοντα διαιτᾶσθαι. [Μή τινα λειπόμενον.] τὸ ὅλον, ἱέναι δὲ ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐποίει ἡ Ἥρα, μὴ ἔξωθεν κινδύνου ἕκαστον παρὰ τῇ μητρὶ μένειν ἀδόξως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας ἀρετῆς κάλλιστον φάρμακον, τὴν μετὰ ταῦτα εὐδοξίαν σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμήλιξιν εὑρέσθαι. φάρμακον οὖν θανάτου, τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὔκλειάν φησιν. ἀντὶ τοῦ παραμυθίαν τοῦ θανάτου ταύτην εὑρεῖν, τὴν ἀπὸ τῆς διαπράξεως ἀρετήν.

[B

Τὸν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
Αἰῶνα πέσσοντ᾽· ἀλλ᾽ ἐπὶ καὶ θανάτῳ
Φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς,
Αλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
Ες δὲ Ιωλκὸν ἐπεὶ
Κατέβα ναυτῶν ἄωτος·
Λέξατο πάντας ἐπαι-
νήσαις Ιάσων. Καί ῥά οἱ
Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλά-
ροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος, ἄμβασε στρατὸν
Πρόφρων. Επεὶ δ᾽ ἐμβόλου
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν·

ἀντιστροφὴ, θ'. κώλων ιδ'.

Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
Αρχὸς ἐν πρύμνᾳ, πατέρ᾽ Οὐρανιδᾶν

Periculorum-expers apud matrem maneret
Vitam coquens: sed pro morte etiam
Condimentum pulcherrimum suæ virtutis,
Coætaneis inveniret cum aliis.
In Iolcum vero postquam
Descendit nautarum flos:
Numeravit & *collegit* omnes postquam-laudasset Jason. Et sane ei
Vates auguriis & sortibus vaticinans sacris
Mopsus, navem-ascendere-fecit exercitum
Promptus. Postquam autem à-rostro
Suspenderunt ancoras desuper:

METAPH.

Auream manibus accipiens phialam
Dux in puppi, patrem Cœlitum

PARAPHRASIS.

Exilii tedium hujus animo dolorificum vulnus infligit, & medico à quo curetur opus habet. Tu autem medicus es medendi opportunitatis peritissimus. Quare cum arte hac te decorarit Apollo, par est ut tu qui solus huic ægro subvenire potes, benignam huic ulceri manum admoveas, idque ad cicatricem perducas, scilicet Demophilum in patriam revoces. Facile equidem est etiam imbecillioribus civibus civitatem perturbare, sicut usu venit illis qui tuam remp. concusserunt, & quos expulisti. Sed turbatam civitatem pristinæ tranquillitati restituere, etiam præpotentibus principibus est difficile, nisi prudentiam impertiendo regat illos Deus. Tibi autem, Arcesilae, Deus gratificatur hanc virtutem, nimirum prudentiam & sapientiam, qua resarcire possis captum à repub. tua detrimentum, videlicet exules patriæ reddendo. Quare sustine omnem animi tui curam & studium erga fælicem Cyrenen nunc impendere, quæ suorum civium absentium desiderio tenetur.

NOTÆ.

480 Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ] Id est, Mihi. Lonicer. 482 Χέρα Commune leg. Plerique. 484 Ῥᾴδιον κ. λ.] Rittershusius hunc locum ita redd. Molli manu tractare oportet ulcera. Rempublicam enim turbare cujus est libet, Vel improbi, ignavique: sed turbatam eam in integrum, & suam quietem pristinam Reponere, hoc opus, hic labor. Nec id valet Præstare quisquam, si Deus non rexerit consilia Principum, Ducum extiteritque Dux, Qui vota eorum ad exitum ducat bonum. 485 Φαυροτέροις Edd. omnes. Lonicer. redd. Cum imbecillioribus, sexto casu. 489 Τὶν δὲ τούτων] Referunt aliqui ad præcedentia, ut sit sensus: Tibi horum (quod scil. divinitus sapientia donatus, motus civitatis sedare possis) gratiæ texuntur, id est, Tu hoc nomine celebris es, & bene audis. Lonicer. vult Poëtam intercessionem suam defendere, q. dt. Ipsæ Charites, humanitatis & mutuæ benevolentiæ Deæ, bonarumque literarum sociæ hæc tibi parant, id est, faciunt ut ego pro Demophilo apud tuam majestatem interpellem. Quam quidem interpret. Syntaxis ἐξυφαίνονται τούτων destruit. 491 Τλᾶθι] Lonicer. de ipso Poëta accipit, Patere, inquit, nec ægro animo fer, quod ego sollicitem te pro Demophilo idque propter curam, qua erga Remp. & Civitatem tuam tangor.

ἄλλο τοιοῦτον, ὡς καὶ Ὅμηρος· Οὐδόν τε δρύϊνον προσεβάλετο. ἢ τὸ πυκέρατον, εἴποτε πυρὸς χειμερείας χρεία γένηται, πρὸς ἀλέαν χρήσιμον, ἤτοι χρήσιμος ἐστίν. ὁ δὲ νοῦς, τοιοῦτος. εἰ γάρ τις μεγάλης δρυὸς ἐκκόψει κλάδους, καὶ καταισχύνῃ αὐτῆς τὸ θαυμαστὸν εἶδος τῇ τῶν ἀκρεμόνων περικοπῇ, ὅμως καὶ φθινόπωρος οὖσα, ψῆφον περὶ αὐτῆς δίδωσιν, ὅτι δύναται εἴς τι χρησιμεύειν, καὶ ἄκαρπος οὖσα, ὅταν αὐτὴ κατὰ χειμῶνα πυρὸς λοίσθιον γένηται. [Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος.] οὐχ ὅτι ἰατὴρ, ἤτοι ἰατρὸς ἦν ὁ Ἀρκεσίλαος, ἀλλ' ὅτι ... φυγὴν ὁ Δημόφιλος. φησὶ γοῦν, δεῖν αὐτὸν πρὸς σοῦ ... τουτέστι θεραπευτικὸς εἶ τῆς παρούσης καταστάσεως. ... γὰρ δηλοῖ, τὸ ἐπικαιρότατος. [Παιάν τέ σοι τιμᾷ.] ... Ἀπόλλων σοι τετίμηκε τὴν ζωήν. τῇ μέν τοι ῥοπῇ ἐπιδήλου. ἰατρικῆς γὰρ προστάτης ὁ θεός. [Ἄλλως. Παιάν τέ ...] καὶ αὐτός σοι ὁ Παιάν, τὴν εἰς τοῦτο δύναμιν παρέχεται· ... δὲ τὸν λόγον, ὑποψίας ἐνεστώσης τοῖς Κυρηναίοις πρὸς Ἀρκεσίλαον, καὶ παραπτομένων αὐτῶν ὑπ' ἐκείνου, ἢ ἐλαττουμένων, παραιτούμενος καταστῆσαι τὴν πόλιν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον. [... μαλακάν.] προσήκει σε πραεῖαν ἐπιφέροντα τὴν χεῖρα θεραπεύειν τὴν τοῦ ἕλκους τρῶσιν. καὶ μὴ τὰς ἀλγηδόνας ... καὶ ταῦτα μεταφορικῶς ἀκουστέον. δεῖ, φησὶν, αὐτὸν, μαλακὴν προσφέροντα τὴν χεῖρα, τὴν τοῦ ἕλκους τρῶσιν θεραπεύειν. [Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι.] τὸ μὲν γὰρ διασεῖσαι πόλιν, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις ῥᾴδιόν ἐστι, μή τοι γε δὴ, τοῖς ἐν δυνάμει κειμένοις. ὡς εἰώθαμεν λέγειν, τὸ κακὸν, ῥᾴδιον ποιῆσαι. ἀλλὰ διασεισθεῖσαν πόλιν ἐπὶ χώρας καταστῆσαι, δυσχερές ἐστιν, ἐὰν μὴ θεὸς ἡγεῖται δυναστεύουσιν, εἰς τὸ αὐτὸ περιφερομένοις ἀγαγεῖν κατάστημα. [Τὶν δὲ τούτων.] διπλῆ ἐστιν ἡ διάνοια. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀποδεδώκασι. σοὶ δὲ τούτων αἱ χάριτες καταπράττονται, ἐὰν τῆς Δημοφίλου φυγῆς φροντίσῃς. οἱ δὲ, οὕτως. ὅτι μάλιστα παρὰ σοῦ αἱ τοιαῦται χάριτες γίνονται καὶ πράξεις περὶ τῶν διοικουμένων ἐν τῇ βασιλείᾳ. [Ἢ ἄλλως.] σοὶ δὲ τὴν κυβερνᾶν ὑπὸ θεῶν ἐκτελοῦνται χάριτες. [Ἢ οὕτω.] σοὶ δὲ καὶ τὴν κατορθῶσαι ὑπὸ θεῶν, αἱ χάριτες ὑπόκεινται. [Ἢ καὶ οὕτω.] σοὶ δὲ, καὶ τοῦ κατορθῶσαι τὴν πόλιν, αἱ χάριτες ἐξυφαίνονται ὑπὸ θεῶν. ἢ παρὰ τῶν θεῶν κατασκευάζονται. τουτέστιν, ἔχεις παρὰ θεῶν δεδωρημένον, τὸ δύνασθαι τὴν πόλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποδοῦναι κατάστημα. [Τλᾶθι.] ἰδίως τὸ τλᾶθι κέχρηται, ἀντὶ τοῦ, ὑπόμενε, καὶ πράως φέρε τὰ ἡμαρτημένα. ἢ [Τλᾶθι, τᾶς εὐδαίμονος.] ὑπομένον, περὶ τῆς εὐδαίμονος, φησὶ, Κυρήνης πᾶσαν ἔχειν σπουδήν. ὡς καὶ τῆς πόλεως λυπουμένης καὶ ζητούσης τοὺς φυγαδευθέντας πολίτας, καὶ ὀφείλοντος αὐτοῦ τιμῆσαι τὸ δαιμόνιον.

στροφὴ ιγ'. κώλων ιδ'. | ΜΕΤΑΦΡ.

Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος	Homericarum autem etiam hanc considera[illegible]
Ρῆμα πόρσυν'· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα	Sententiam præsta: Nuncium bonum inqui[illegible]
Τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.	Honorem maximum negotio cuivis afferre.
Αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας	Quin augetur etiam Musa per nunciationem
Ὀρθᾶς. Ἐπέγνω μὲν Κυράνα,	Rectam. Cognovit sane Cyrene,
Καὶ τὸ κλεεννότατον	Et celeberrima
Βάττου μέγαρον, δικαίαν	Domus Batti, justitiam
Δαμοφίλου πραπίδων.	Demophili mentis.
Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος·	Ille enim inter pueros juvenis:
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς, ἐγκύρ-	In consiliis vero senex, *quasi* assecu-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.	tus centennem vitam.
Ὀρφανίζει μὲν κακὰν	Privat sane maledicam
Γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός·	Linguam serena voce *sua*:
Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,	Didicitque contumeliosum odisse,

PARAPHRASIS.

Porro & hoc Homeri dictum perpendens in precio habe. Dixit ille bonum nuncium omni rei maximum honorem [illegible] ferre, unde causa quam agit magnum pondus habeat. Addo Musæ studium in texendo carmine quod fiat [illegible] ceptius augeri, quum agitur de bona re nuncianda. Quod mihi nunc accidit, quoniam bonus ille sum nuncius, qui te hortor & rogo ut pro divinitus accepta prudentia consulas bono tuæ reipub. quæ nonnullos cives [illegible] mulctatos desiderat: in primis vero Demophilum, cujus virtutum merita poscunt, ut tibi conciliato reditum in patriam illi annuas. Cyrene utique universa, tuaque domus ô Batti soboles, novit quam justa mente sit Demophilus. Ille quidem quanquam ætatis ratione inter juvenes sit censendus: mentis tamen ratione, [illegible] rit senilia consilia, inter viros annosos, perque multam experientiam sapientia auctos. Ea autem est sermonis modestia, ut lingua nusquam abutatur ad maledicentiam, nec tibi à quo ejectus est, neque tuis obtrectet. A[illegible] ta vero culpa, quod motæ in te seditioni interfuisset, suo periculo injuriosum odisse didicit,

NOTÆ.

495 Τιμὰν] Pretium in re quavis. Lonicer. 496 Αὔξεται κ. λ.] Musa mea fiet celebris, si recte hanc legationem literariam [illegible] rit. 498 Κλεινότατον Commune Alii. 499 Μέγαρον Βάττου transposita hab. Schmid. & intelligit Aulam Cyrenaicam. Δικαίων legi [illegible] censet Schol. Sed Verbi ἐπέγνω Constructio cum Genitivo reclamat.

[Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε.] τῶν δὲ Ὁμήρου, καὶ τόδε συνθεὶς τὸ ῥῆμα. ὅ ἐστι, κατὰ μνήμην ἔχε, καὶ τίμα. διὰ γὰρ τοῦ, πόρσυνε, καὶ τόδε ἀκουστέον. ἐκείνου δὲ τοῦ ἔπους μέμνηται, τοῦ, Ἐσθλὸν γὰρ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. τοῦτο δὲ πρὸς ἑαυτὸν ὁ Πίνδαρος ἀνάγει. ὅτι ὀφείλεις μοι πειθαρχῆσαι πρεσβεύοντι, ὡς ἀγαθῷ ἀγγέλῳ. [Αὔξεται καὶ Μοῖσα.] ἀντιστρόφως εἶπε. θέλει γὰρ εἰπεῖν. αὔξεται δ' ἡ ἀγγελία διὰ μουσικῆς τῆς ἑαυτοῦ. αὔξεται, καὶ ὀρθὴ γίνεται ἡ ἀγγελία, τουτέστι διὰ τῆς ποιήσεως. αὕτη γὰρ ἡ ἀγγέλλουσα, καὶ συμβουλεύουσα τῷ Ἀρκεσιλάῳ διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολίτας. ὁ δὲ νοῦς. αὔξεται καὶ ἡ ποίησις δι' ὀρθῆς ἀγγελίας, καὶ παιδείας. [Ἐπέγνω μὲν Κυράνα.] ἀντὶ τοῦ ἐπεφράσθη. γνῶσιν ἔσχεν. ὁ δὲ νοῦς, ἐπέγνω μὲν καὶ ἡ Κυρήνη, καὶ ὁ τοῦ Βάττου οἶκος, τουτέστι, τὸ σὸν, ὦ Ἀρκεσίλαε, ὄνομα, τὴν δικαιοσύνην τῶν Δημοφίλου φρενῶν. τὸ δὲ δικαίαν, παροξυτόνως, ἵν' ᾖ τὴν δίκην. ὡς καὶ τὴν ἀρχαίαν παραγωγῶς. ἢ περισπωμένως. ἵν' ᾖ, δικαίων Δημοφίλου πραπίδων. [Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος] ἐκεῖνος γὰρ ὁ Δημόφιλος ἐν μὲν παισὶ, τὴν ἡλικίαν νεώτερός, φησιν, ἐστιν. ἐν δὲ φρεσὶ, πρεσβύτερος τὸ φρόνημα. ὥσπερ ἂν ἑκατονταετεῖ τῷ χρόνῳ [illegible] χών. οἱονεὶ, οὕτω φρόνιμός ἐστιν, ὥσπερ εἰ ἑκατονταέτης [illegible] τοῦτο δὲ ἐὰν κυρίως ἀκούηται, ἀπεμφαίνει. ὁ γὰρ ἑκατονταέτης ἀνὴρ, παραφρονεῖ. δεῖ οὖν μεταλαμβάνειν, εἰς τὸ πολυέτης. [illegible] τὸ, Οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόνζυγος, ἢ πολύζυγος. τουτέστι [illegible] νιμός ἐστιν, ὡς πολυέτης ἀνήρ. [Ὀρφανίζει μέν.] [illegible] ἀποχωρίζει. τουτέστιν, ἥκιστα κακολογεῖ. ὅ ἐστι, τῆς ἐλευθερίας [illegible] τὴν κακὴν καὶ λοίδορον γλῶσσαν χωρίζει· ἤτοι, οὐκ ἔστιν ὑβρισ[illegible] ὁ δὲ νοῦς, τοιοῦτος. ἀποχωρίζει μετὰ τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ [illegible] τὴν κακογλωσσίαν. ἔμαθεν δὲ βδελύττεσθαι τοὺς ὑβριστὰς [illegible] μὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐξεναντίας φιλονεικεῖ. οὐδὲ τὸ τῶν [illegible] των τέλος, πρὸς ἄνυσιν μηκύνει. ὁ γὰρ ἐν ἀνθρώποις [illegible] ρὸς, οἱονεὶ βίος, βραχὺ ἔχει τὸ μέτρον. οἱονεὶ, ἡ τῶν [illegible] των σύγκρισις, ῥᾳδίαν ἔχει τὴν παραδρομήν. [Ἄλλως.] [illegible] ἑαυτοῦ φανερᾶς καὶ ἐκλάμπρου φωνῆς, ὀρφανίζει τὴν κακὴν γλῶσσαν. ὅ ἐστι, τὴν κακολογίαν. [Ἡ οὕτω,] τὴν κακὴν γλῶσσαν [illegible] φανερᾶς φωνῆς ὀρφανὴν ποιεῖ. ὅ ἐστι, οὐδὲν φθέγγεται κακόν. [illegible] κὴν γλῶτταν ὀρφανὴν φωνῆς ἔχει.

ἀντιστροφὴ ιγ'. κώλων ιδ'.

Οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς·
Οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. Ο γὰρ
Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
Εὖ νιν ἔγνωκε· θεράπων δέ οἱ οὐ
Δράστας ὀπαδεῖ. Φαντὶ δ' ἔμμεν
Τοῦτ' ἀνιαρότατον,
Καλὰ γινώσκοντ', ἀνάγκᾳ
Εκτὸς ἔχειν πόδα. Καὶ
Μὰν κεῖνος Ατλας οὐρανῷ
Προσπαλαίει νῦν γε, πατρῴ-
ας ἄπο γᾶς, ἄπο τε κτεάνων.
Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος

Μεταφρ.

Non contendens contra bonos;
Neq; procraſtinans exſecutionem ullam. Nam
Occaſio inter homines breve ſpacium habet.
Bene eam novit: famulusque *illam* haud
Fugitivus ſequitur. Aiunt vero eſſe
Hoc moleſtiſſimum,
Eum qui honeſta *& bona* novit, neceſſitate
Extra *illorum tractationem* habere pedem. Et
Sane ille Atlas cum cœlo
Colluctatur nunc, *procul* patri-
a à tellure, & à poſſeſſionibus *ſuis*.
Solvit vero Jupiter immortalis

Paraphrasis.

at contra diligere bonos, ita ut illos in poſterum fugiat, his non adverſetur, ſed ſe adjungat. Inſuper tanta valet alacritate, & diligentia, ut in rebus gerendis ubi mature facto opus eſt, nullam procraſtinationem admittat. Etenim intelligit fronte capillatam eſſe, ſed poſt calvam occaſionem, quæ in temporis puncto poſita eſt, ac proinde præceps & momentanea. Quo fit ut non quemadmodum ſervus fugax eam negligat, ſed tanquam famulus ſequax captet, & oblatam prehendat. Cæterum, ut plerique omnes ſentiunt, nihil moleſtius eſt viro virtute prædito, qui res præclaras novit, quam cogi à patria exulare, ejuſque commodis carere. At mihi dices Demophilum optare fruſtra quod à te non poſſit obtinere, non aliter ac cœlifer ille Atlas à Diis, ut hoc onere levetur, nec amplius abſit à patria, chariſque poſſeſſionibus. At ego reſpondens, exemplo Jovis clementiæ te admonebo. Immortalis ille Deus,

Notæ.

509 Εχων. Schmid. 510 Θεράπων δὲ] Schmidius non agnoſcit Schol. inverſionem hujus ſententiæ, ut prioris, quia Occaſio potius nos fugit, quam ſequitur; niſi interpreteris de Fortuna faventiſſima, quæ occaſiones ei quaſi non cogitanti ſuppeditaret; & ita καιρὸς ei θεράπων fuerit. 511 Δράστης alias eſt, Acer ad res gerendas, hic vero ὁ ἀποδρὰς, Servus qui ex conſpectu noſtro aufugit Pind. Lex. 515 Κεῖνος Ατλας] Atlas ille, cui exilium, æque atque Atlanti pondus cœli, grave eſt: vel qui jam cœli pondus ſuſtinere videtur, dum in exilio eſt. Eſt ergo Comparatio ponderis exilii, cum pondere cœli quod ſuſtinet Atlas; ſicut ſenectutis onus, Ætnæ gravitati comparatur: non autem durationis vel temporis. Multo minus, Atlantis labor cum Titanum ſolutione confertur, ut perperam reprehenderint Poëtam ii, quorum meminit Schol. Schmidius. Poteſt etiam explicari, quaſi veluti Atlas cum cœlo, ita hic Demophilus cum Arceſilao Rege ejuſque ira gravi colluctetur. 517 Τὸ ἄπο utrobique acutum in priore habet, quaſi poſitum pro ἄπωθεν. 518 Λῦσε] Qua ratione Titanes in mentem Poëtæ venere explicat iſte Heſiodi locus, in Θεογ. v. 813, 814. Θεῶν ἐκτοσθεν ἀπάντων, Τιτῆνες ναίουσι. Vide v. 514. Paraphraſtes explicat. Pœnas non ſumpſit ac iis pepercit. Non enim probavit quod Schol. habet Jovem pœna liberaſſe gigantes victos quia paſſim (ut ait ille) fabulæ ferunt occiſos fuiſſe. Quod tamen in loco laudato Heſiodi vix invenies. At per λῦσε proculdubio Poëta intell. à pœna liberaſſe, licet forſan nullus, qui hodie extat, autor præter eum, hujus ſolutionis mentionem faciat.

[Οὐκ ἐρίζων ἀντία.] ταῦτα δὲ ἐκ τῶν Ησιόδου Εργων εἴληπται. ἐκεῖνος γάρ, παραινεῖ μὴ ὁμιλεῖν τοῖς κακοῖς· μηδὲ ἐπιπλήττειν, μηδὲ ψέγειν τοὺς ἀγαθούς. Μηδὲ κακῶν ἑταῖρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικητῆρα. Ομηρος δὲ, τὸν Θερσίτην εἰσήγαγε φιλόκακον, καὶ μισάγαθον. ὅσους γὰρ ὁ ποιητὴς ἐγκεκωμίακε κατ' ἀρετὴν, τούτους ἔψεγε. διὸ καὶ ἔλεξεν, Εχθιστος δ' Αχιλλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Οδυσῆϊ. [Ο γὰρ καιρός.] καιρὸς, ὁ χρόνος. ἡ συνήθεια βραχὺ μέτρον ἔχει. οὐκ ἐπιπολὺ τοῖς ἀνθρώποις παρατεῖνον ἔχει τὸ μέτρον, ἀλλὰ σπάνιόν ἐστι καὶ βραχὺς ὁ χρόνος. διὸ καὶ δεῖ, ὅτε ἔξεστιν αὐτὸν λαμβάνειν, ἐκτὸς ἔχειν πόδα τῶν καλῶν ὧν γινώσκει. [Εὖ νιν ἔγνωκε.] πολλαὶ κατὰ τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐξηγήσεις προεχώρησαν. τῷ καιρῷ ἐπιτυχὼν φησιν, ὁ Δημόφιλος, οὐχ ὡς δράστας, ὅ ἐστι δραπέτης, οὐ παρορῶν, οὐδὲ τὰ παρ' αὐτοῦ προσταττόμενα ὑποπτευόμενος, καὶ ἀναβαλλόμενος τὰ προσπίπτοντα. [Αλλως.] οὐκ ἀποδιδράσκει τὸν καιρὸν ὁ Δημόφιλος. ἀκολουθεῖ δέ, φησιν, αὐτῷ ὁ καιρὸς, θεράπων, οὐ δράστης, ἀλλὰ παράμονος. τουτέστιν οὐ παρέρχεται αὐτὸν, ἀλλὰ πάντα τὰ καίρια γινώσκει. [Φαντὶ δ' ἔμμεν.] φασὶ δὲ τοῦτ' ἀνιαρώτατον εἶναι. τὸ, γινώσκοντά τινα τὰ καλὰ, τῇ ἀνάγκῃ, ἤτοι δι' ἀνάγκην τούτων ἐκτὸς εἶναι, καὶ μηδὲν ἀπολαύειν αὐτῶν δύνασθαι, ἐφ' ὅσον βούλεται. ὅτι καὶ ὁ Δημόφιλος εἰδὼς τὰ τῆς πατρίδος καλὰ, ἀνάγκῃ τῆς φυγῆς, οὐκ ἐχρῆστο αὐτοῖς. [Αλλως.] χαλεπόν ἐστι, φησὶ, τὸ γινώσκειν ὅτι καλὸν μέν, μὴ πράσσειν δὲ αὐτό. τὸ γὰρ ἔξω πόδας ἔχειν, τοιοῦτόν ἐστι. μήτε ἐν αὐτῷ εἶναι τὸ εὖ πράττειν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης αὐτὸ προσδοκᾶν. [Η οὕτω.] λυπηρὸν τὸν καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. [Καὶ μὰν κεῖνος Ατλας.] τοῦτό φησιν, ἀντὶ τοῦ, καὶ παρὰ θεοῖς τὰ πράγματα ποικίλας ἔχει τὰς μεταβολάς. ὁ γοῦν Ατλας, κακῶς πάσχει τὸν οὐρανὸν βαστάζων, πρότερον εὐτυχῶν. διὰ δὲ τούτου βούλεται σημαίνειν, ὅτι οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ μένει τῶν πραγμάτων. οὐχ ὅτι παρὰ ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ θεοῖς. [Αλλως.] καὶ μὴν καὶ ὁ Δημόφιλος, τοσοῦτον ἔχει τὸ τῆς φυγῆς ἄχθος, ὅσον καὶ ὁ Ατλας τῷ βάρει πιεζόμενος, διηνεκῶς προσπαλαίει τῷ οὐρανῷ. φέρει δὲ τῷ Ατλαντι ὅμοιον ἄχθος Δημόφιλος, τῆς πατρίδος καὶ τῶν κτημάτων μακρὰ χωρισθείς. [Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος.] τοῦτο πρὸς τὴν παράκλησιν ἁρμόζει. ὅτι καὶ τοὺς Τιτᾶνας Ζεὺς ἔλυσεν, ὑπὸ τοῦ Κρόνου δεθέντας. τοῦτο δὲ εἴρηται, πρὸς τὸ μὴ δεῖν ἐν ταῖς τιμωρείαις ἀδιάλλακτον ἔχειν τὸ ἔχθος· μηδὲ ἀθανάτους ἔχειν τὰς λύπας. ἀπέλυσε δέ ποτε, φησὶ, καὶ ὁ Ζεὺς τοὺς Τιτᾶνας τῆς τιμωρείας, καίτοι ἐπιθεμένους αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ, καὶ μεταστῆσαι βουληθέντας. ἐγκαλοῦσι δέ τινες τῷ Πινδάρῳ, ὅτι οὐκ οἰκείως ἐπὶ τῆς διαλλαγῆς τὸν Ατλαντα παρείληφε. διηνεκῶς γὰρ μοχθεῖ.

Τιτᾶνας. Ἐν δὲ χρόνῳ
Μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου,

ἐπῳδὸς ιγ'. κώλων ιγ'.

Ἱστίων. Ἀλλ' εὔχεται, οὐλομέναν
Νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ,
Οἶκον ἰδεῖν· ἐπ' Ἀπόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων,
Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν·
Πολλάκις ἔν τε σοφοῖς, δαιδαλέαν
Φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις, ἡσυχίᾳ θιγέμεν·
Μήτ' ὦν τινι πῆμα πορών, ἀπαθὴς
Δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. Καί κε μυ-
θήσαιθ', ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ
Εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων,
Πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθείς.

Titanas. In tempore autem
Mutationes *fiunt*, cessante vento *priore*,

METAPH.

Velorum. Sed optat, perniciosum
Morbum si-exantlaverit tandem,
Domum videre: ad Apol-
linisque fontem compotationes exercens,
Animum tradere juvenili-hilaritati:
Sæpe etiam inter sapientes, affabre-factam
Citharam gestans ci-
ves, in-otio-quieto pulsare:
Nec sane cuiquam damnum ferens, nec patiens
Ipse à civibus *quicquam*. Et sane nar-
rare-optat, qualem Arcesilao
Invenerit fontem immortalium versuum,
Nuper Thebis *apud me* hospitio-exceptus.

PARAPHRASIS.

de Titanibus, qui ipsum regno pellere conati erant, pœnas non sumpsit, sed iis pepercit. Ut autem quum navigati cessavit ventus secundus, velificationem nauclerus mutat ad tempus: Sic quum quis prospera fortuna exidit in patria, solum mutare debet tantum ad tempus. Quamobrem optat hactenus exantlata exilii calamitate, domesticos lares revisere tandem aliquando: & post ærumnas, in publicis conviviis, quæ apud Cyrenen prope fontem Apollinis agitari solent, animum juvenili lætitia recreare & refocillare: quinetiam sæpenumero cordatos inter cives & sodales variegatam citharam pulsando animi tranquillitate frui, nemini damnum inferendo, & à nemine accipiendo. Utinam igitur à te receptus ô Arcesilae, tibi coram narrare possit qualem poëtam sit usus, ex quo tanquam perenni ex fonte divina scaturiunt carmina. Quorum fuit testis quum nuper Thebas, ubi vivo, profugit, ibique hospitio est exceptus.

NOTÆ.

521 Ἀλλ' εὔχεται] In postremum locum hanc suam deprecationem rejecit, ne, si statim initio protulisset, Arcesilaus offensus totum carmen forte abjecisset, antequam perlegisset. Schmid. 529 Aliqui ὧν leg. 531 Ἀρκεσίλα vel est Vocativus; Vel est Dativus sive Doricus sive Communis. Si Dativus est, refertur vel ad μυθήσαιτο, Ut narrare possit Arcesilæ, ut Vulg. habet: vel ad εὗρε, ut sit sensus, Qualem fontem laudum invenerit vel acquisierit Arcesilao, apud hospitem Pindarum virtutum ejus commendatione. Cujus rei ut specimen ederetur, mox alterum hymnum ad Arcesilaum scripsit in victoriam eandem, qui mox sequitur. Schmid.

[Ἐν δὲ χρόνῳ μεταβολαί.] μεταβολαὶ δὲ γίνονται ἀνέμων, ἐν χρόνῳ. ἐν χρόνῳ καὶ τὸ ἱστίον τῆς νεὼς, εὐδιεινὴν ἔχει μεταβολὴν, τοῦ χειμερινοῦ λωφήσαντος ἀνέμου. [Ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν νοῦσον.] ἀλλὰ κατεύχεται Δημόφιλος, ταύτην τὴν ἐνεστῶσαν ὀλεθριωτάτην νόσον τῆς φυγῆς διαντλήσας καὶ ἀποφυγὼν, τὸν κατὰ Κυρήνην οἶκον θεάσασθαι. καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀπόλλωνος κρήνῃ πάλιν συνήθως συμποσιάσαι, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκδοῦναι πρὸς φιλοφροσύνην, καὶ συμπόσια. [Πολλάκις ἔντε σοφοῖς.] δῆλον, ἀπὸ κοινοῦ ληπτέον, τὸ, εὔχεται. εὔχεται, φησὶ, πολλάκις, τὴν πεποικιλμένην κιθάραν ἐν σοφοῖς βαστάζων καὶ μουσικευόμενος ἐν τοῖς πολίταις, λοιπὸν ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι. μητέ τινι κακὸν προστριψάμενος. καὶ αὐτὸς δὲ ἀβλαβὴς ὢν τὸ λοιπὸν πρὸς τοὺς πολίτας. [Ἄλλως.] Δαιδαλέαν φόρμιγγα φησὶ, βαστάζων. ὥστε ἀπαγγεῖλαι τὰ ὑπὸ Πινδάρου αὐτῷ πεποιημένα ποιήματα. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ μουσικός ἐστι. [Καί κε μυθήσαιτο.] καὶ δὴ, εἴποι ἂν σοι ὁποίαν εὗρε πηγὴν τῶν θείων ἐπῶν. ὡς πρὸς ἑαυτὸν τοῦτο λέγει, ὅτι θαυμαστῶς γράφει. [Πρόσφατον Θήβᾳ.] ἀρτίως ἐπιξενωθεὶς, καὶ ἐπιδημήσας τῇ Θήβαις. παραγέγονε γὰρ πρὸς τὸν Πίνδαρον ὁ Δημόφιλος, ἵνα αὐτὸν ἀξιώσῃ διὰ τοῦ ὕμνου διαλλάξαι αὐτὸν, πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον.

Τέλος, τῆς τετάρτης τῶν Πυθίων ᾠδῆς.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΩΛΩΝ ΤΗΣ ΣΤΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗΣ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

ΤΗΣ πέμπτης ᾠδῆς ἡ στροφὴ καὶ ἀντίστροφος, κώλων ιγ΄. Τὸ πρῶτον, χοριαμβικὸν δίμετρον καταληκτικόν. Τὸ β΄, προσοδιακόν. ἢ λέγεται διπλοῦς ἴαμβος. ἔστι δὲ δίμετρον ἰαμβικὸν ὑπερκατάληκτον. Τὸ γ΄, ὅμοιον τῷ αὐτῷ. Τὸ τέταρτον, τροχαϊκὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον· Τὸ ε΄, Ἰωνικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ ϛ΄, ἀντισπαστικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον. Τὸ ζ΄, ὅμοιον τῷ· Τίς σὰς παρήκρε φρένας; Τὸ ὄγδοον, χοριαμβικὸν δίμετρον καταληκτικόν. Τὸ θ΄, ὅμοιον τῷ πρώτῳ. Τὸ δέκατον, παιωνικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον διακριτικόν. ὅ ἐστι, παίων τέταρτος. Τὸ ια΄, τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ δωδέκατον, ἰαμβικὸν, τρίμετρον καταληκτικόν. ὅ ἐστιν, ἑφθημιμερές. Τὸ ιγ΄, τροχαϊκὸν δίμετρον καταληκτικόν.

Περὶ τῶν κώλων τῆς ἐπῳδῆς τοῦ αὐτοῦ εἴδους.

Ἡ ἐπῳδὴ, κώλων ἐστὶ δώδεκα σὺν δύο. Τὸ πρῶτον, ἀντισπαστικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ δεύτερον, ἰαμβικὸν δίμετρον καταληκτικόν. Τὸ γ΄, ἰαμβικὸν μονόμετρον ὑπερκατάληκτον. Τὸ δ΄, προσοδιακὸν, διπλοῦς τροχαῖος, ἀκατάληκτον. Τὸ ε΄, τροχαϊκὸν τρίμετρον βραχυκατάληκτον. Τὸ ἕκτον, προσοδιακόν. ἢ λέγεται διπλοῦς ἴαμβος. ἔστι δὲ τρίμετρον καταληκτικόν. Τὸ ζ΄, Γλυκώνειον. Τὸ η΄, ἀντισπαστικὸν τρίμετρον βραχυκατάληκτον. Τὸ θ΄, ἀντισπαστικὸν τρίμετρον βραχυκατάληκτον. ἰδίως δὲ ἐπήνεγκεν αὐτῷ τοὺς τροχαίους. Τὸ ι΄, ἀντισπαστικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον. Τὸ ια΄, παιωνικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ ιβ΄. ἀντισπαστικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον. Τὸ ιγ΄, ὅμοιον τῷ αὐτῷ. Τὸ ιδ΄, χοριαμβικὸν δίμετρον καταληκτικὸν· ὅμοιον τῷ πρώτῳ τῆς στροφῆς.

† Περὶ τῆς ᾠδῆς.

Γέγραπται καὶ αὕτη ἡ ᾠδὴ, νικήσαντι τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάῳ ἅρματι, τὴν τριακοστὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. ἐπειδὴ δὲ διήγημα μᾶλλον ἐν τῷ πρώτῳ ἐπινίκῳ, ἤπερ ἐγκώμιον πεποίηται τῷ Πινδάρῳ, καὶ παρέκβασις διηγηματικὴ τὴν κατὰ Ἰάσονα, ἐδέησεν αὐτῷ, καὶ δεύτερον γράψαι ἐπινίκιον.

† Schmidius exiſtimat præcipue Poëtam id agere, ut Carrhotam aurigam, qui victoriam hanc Pythicam Arceſilao labore ſuo pepererat, ei commendet, &, ut debito illum honore ac præmio afficiat, impetret: nec vero abſimile eſſe, Demophilo ad interceſſionem Pindari ab Arceſilao in gratiam recepto, Carrhotum hunc aurigam, tantam Pindari autoritatem apud Regem expendiſſe, & propterea pro præmio hactenus non dato, interceſſionem hanc à Pindaro exoraſſe, vel pretio etiam redemiſſe; & hanc ob cauſam Exordio tali Poëtam uti, quod ad Interceſſionem potius pro Carrhoto honorando, quam ad laudes victoriæ Pythicæ directum eſt; & paſſim alibi ad hunc ſcopum collimare. Hæc vero eſt mera conjectura. Vide tamen, quæ Schol. habet ad P. 4. v. 467.

Metrica vero ratio ſic ſe habet:

στροφὴ & ἀντιστροφή.		ἐπῳδός.	
1.	υ - υ - - υ -	1.	υ - - υ υ υ - υ - -
2.	υ - υ - - υ -	2.	- υ υ - υ - υ
3.	υ - υ υ - υ - υ υ υ -	3.	υ υ - υ - υ
4.	υ - υ υ - υ - υ υ υ -	4.	- υ - - υ - υ υ -
5.	υ υ υ υ υ υ υ	5.	- υ - υ υ - υ υ υ - υ υ -
6.	- υ υ υ - υ υ υ	6.	υ - υ - - υ - υ υ - υ
7.	υ - - υ -	7.	υ - - υ υ - υ -
8.	- - υ - - υ υ -	8.	υ - - υ υ - υ υ υ - υ
9.	υ - υ - - υ -	9.	υ - - υ -
10.	υ υ - υ - υ - υ -	10.	υ - - υ - υ - υ - υ
11.	- υ - - υ υ	11.	- υ - - υ υ
12.	- υ - - υ υ - υ υ -	12.	- υ - υ υ -
13.	- - υ - υ - -	13.	υ - - υ υ -
14.	- υ - υ - υ -	14.	υ υ υ υ - - υ -

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ ΚΥΡΗΝΑΙΩ ΑΡΜΑΤΙ. ΕΙΔΟΣ Ε'.

ARCESILAO CYRENÆO CURRU. ODE V.

ARGUMENTUM.

Quoniam Oda superiore paucis Arcesilaum laudavit, & ad longam narrationem rerum ab Jasone gestarum digressus est, nec tam Arcesilai encomium scribere, quam ei Demophilum supplicatione conciliare instituit; ideo alteram odam scribit, & Arcesilaum nunc ex professo laudat à Divitiis, à composito civili tumultu, à Victoria, à Carrhoto auriga, ab ope Divina, à Majoribus, & claris eorum facinoribus, ab ætate, & vitæ studiis.

στροφὴ α'. κώλων ιδ'.

Ο Πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
Οταν τις ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος αὐτὸν, ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν.
Ω θεόμοιρ' Αρκεσίλα,
Σύ τοί νιν κλυτᾶς
Αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων

METAPH.

Divitiæ late-potentes *sunt*,
Quum quis virtute tempe-
ratas pura mortalis vir,
Fortuna tradente eas, fecerit
Multorum-amicorum-conciliatrices comites
O divinitus-sortem-adepte Arcesilaë,
Tu utique eas ab inclytæ
Ætatis extremis gradibus

PARAPHRASIS.

Divitiæ quæ multos amicos conciliant, & veluti asseclas hominibus opulentis reddunt, multum possunt quum tradente fortuna, homo quispiam virtute præditus acceperit, & secundum virtutis regulam administraverit. Tu autem ô beate Arcesilaë, cujus sortem regit divina providentia, divitias istiusmodi possides, & ab ipsis inclytæ vitæ primordiis.

NOTÆ.

3 Καθαρᾷ] Schmid. intelligit virtutem oppositam hypocriticæ, quæ divitiis pejus sæpe abutitur quam aperta improbitas. Forte sonat, Eximia, vel Generosa. 4 Πότμου παραδόντος] Eo sensu accipit Schmid. quo illud Hesiodi: Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτὰ, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. Sed respicere videtur ad Arcesilai Fatale imperium, scil. Battiadum Familiæ ab Oraculo donatum per 14 generationes. Vide v.6. Ανάγκῃ MS. γ. pro ἀνάγῃ. 6 Θεόμορ' leg. Schmid. ex conjectura. Θεόμορος Hesych. σώφρων. 8 Αἰῶνος] Hæc vox, quando vitam notat, sæpe etiam in Fœminino Genere usurpatur à Poëtis. Schmid. & quidem nimis curiose.

[Ο πλοῦτος εὐρυσθενής.] τὸν μετ' ἀρετῆς πλοῦτόν φησιν, εὐρυσθενῆ εἶναι. τὸ γὰρ ἕτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου, οὐκ ἀσφαλές ἐστιν, ὡς καὶ Καλλίμαχός φησιν· Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν, Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. καὶ ἡ Σαπφώ· Ο πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς, οὐκ ἀσινὴς πάροικος. μόνον οὕτως ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής ἐστιν ὄντως, καὶ μέγα ἰσχύει, ἐὰν κεκραμένος ἀρετῇ ὑπάρχῃ. [Πολύφιλον] δέ φησιν αὐτὸν ἑπέταν, ἐπειδὴ τῷ πλουτοῦντι πολλοὶ ἕπονται. οὕτω δὲ Αρίσταρχος. ἔστι μὲν χωρὶς τὸ, πολύφιλον λέγειν. χωρὶς δὲ, τὸ ἑπέταν. τοιοῦτός ἐστι τῷ ἔχοντι ὀπαδὸς, ὥστε πολλοὺς φίλους ποιεῖν. ἔστι δὲ καὶ συναμφότερα ἀκούειν· ᾧ πολλοὶ φίλοι ἕπονται. τὸ δὲ ἀνάγῃ, τὸ αὐτὸ τῷ αὔξει. ἢ ἐν τῷ καθόλου, τὸν πολύφιλον πλοῦτον· ἢ ὅταν πολυφίλως αὐτὸν ἀνάγῃ, ὅτι πολύφιλοι οἱ πλούσιοι. τὸ δὲ ἑπέταν, τὸν τοῖς ἐν χρείᾳ καθεστηκόσιν ἑπόμενον. ὁ δὲ νοῦς. ὁ πλοῦτος ἄγαν ἰσχυρότατός ἐστιν, ὅταν τις ἀνθρώπων ἀρετῇ συγκεκραμένον καθαρᾷ, τῆς τύχης αὐτὸν παραδιδούσης ἀνάγῃ, πολύφιλον ὄντα, καὶ διδῷ τοῖς ἐν χρείᾳ καθεστηκόσιν. [Ω θεόμοιρ' Αρκεσίλα, σύ τοί νιν.] σὺ, φησὶν, ὦ ἐκ θεοῦ ταύτην ἔχων τὴν μοῖραν Αρκεσίλα, ὅ ἐστιν, ἐκ θεῶν εἰληφὼς τὴν βασιλείαν, αὐτὸν τὸν πλοῦτον ἐκ ἄκρων βαθμίδων τοῦ αἰῶνος. τουτέστιν ἀπ' ἀρχῆς τοῦ βίου, ἀφ' οὗ ἐγνωρίσθης τῷ κόσμῳ ἢ βίῳ, σὺν εὐδοξίᾳ μετέρχῃ. ὅτι οὐκ εἰς ῥαθυμίαν αὐτῷ χρώμενος εἶ, ἀλλ' εἰς τὰ δοξάζειν δυνάμενα· ἱπποτροφίας, καὶ τὰ τοιαῦτα. Διατί δὲ τὸν Κάστορα; ἢ ὅτι ἱππικὸς ὁ θεός. Ομηρος· Κάστορά θ' ἱππόδαμον. ὁ δὲ Αρκεσίλαος ἱπποτροφεῖ. ἢ ὅτι δοκεῖ πρῶτος συνωρίδα καταζεῦξαι Κάστωρ. ἢ ὅτι ἄνωθεν, οἱ Βαττιάδαι κατὰ Αριστοτέλης, Λάκωνες ἦσαν. ὅθεν καὶ οἱ Τυνδαρίδαι. ἀπὸ γὰρ Λακώνων εἰς Θήραν ἦλθον. ἀπὸ δὲ τῆς Θήρας εἰς Κυρήνην. ἢ ὅτι ἐπιφανῶς ἄγουσι Κυρηναῖοι τὰ Διοσκούρια, Βάττου πρῶτου καταδείξαντος τὴν εὐχήν. [Αλλως] κέλητα καὶ χαλινὸν πρῶτος Βελλεροφόντης κατέζευξε. συνωρίδα, Κάστωρ. ἅρμα, Εριχθόνιος ὁ Αθηναῖος. ἀστράβην, Οξύλος ὁ Αἰτωλός.

[Εὐδίαν

Απο, σὺν εὐδοξίᾳ	Usque, cum gloria
Μετανίσεαι, ἕκατι χρυ-	Accedis, voluntate aure-
σαρμάτου Κάστορος·	um-currum-habentis Castoris:
Εὐδίαν, ὃς μετὰ χειμέριον	Tranquillam, qui post hybernum
Ομβρον, τεὰν καταιθύσ-	Imbrem, tuam illu-
σει μάκαιραν ἑστίαν.	strat beatam domum.
ἀντιστροφὴ α'. κώλων ιδ'.	Μεταφ.
Σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον	Sapientes vero adhuc pulchrius
Φέροντι καὶ τὰν θεόσ-	Ferunt divinitus-da-
δοτον δύναμιν. Σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν	tam potentiam. Te vero ambulantem in
Δίκᾳ, πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·	Justitia, magna felicitas amplectitur:
Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς	Partim, quia Rex
Εσσὶ μεγάλαν πολίων·	Es magnarum urbium:
Εχει συγγενὴς	*Partim quia* habet congenitus
Δ' ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον	Oculus honoratissimum
Γέρας τεᾷ τοῦτο μι-	Præmium hoc tuæ admi-
γνύμενον φρενί· μάκαρ δὲ καὶ	stum prudentiæ: *partim* vero beatus &
Νῦν, κλεεννᾶς ὅτι	Nunc *es*, gloriosa quod

Paraphrasis.

ab ætate prima, ex quo inter homines versaris, iis non ad mollitiem, sed ad studia quibus gloriam compares probe uteris, veluti ad beneficentiam, in primis vero ad alendos equos in gratiam & honorem Castoris, qui aureo curru vehitur, Dei vestri tutelaris, qui post illam inter cives tuos seditionis excitatæ procellam, beatæ domui tuæ civicis dissidiis graviter turbatæ splendidam pacis tranquillitatem reddidit. Præterea, ut sapientis est, potentiam à Deo acceptam cum animi moderatione geris, & tua virtute ornatiorem reddis. Propterea etiam cum hoc tuo in imperio recte vivas & justitiam colas, ideo fœlicitate alta potiris. In primis autem duplici nomine es fœlix: altero quod rex es magnarum urbium: & præterquam quod insignes tuæ mentis dotes venerabilem te efficiunt, oculus etiam qui cognatione quadam cum ea est conjunctus, quique ejus est character, ejusque proinde index, gravissimam majestatem præ te fers: altero, quod cum hoc tempore ex celebri

Notæ.

9 Schmid. ξὺν. 10 Μετανίσεαι] Exerces, Vulg. Philipp. quasi omiss. τοῦ νῦν, absolute reddit, Procedis. Εκατι] In gratiam, vert. Lonicer Χρυσαρμάτου] Horat. Ode 12. Carm. *Hunc* [Castorem] *equis*; *illum* [Pollucem] *superare pugnis Nobilem*, vocat. Schmid. dubitat an non leg. χρυσαρμάτου, forte ob rationem metricam. 12 Εὐδίαν] Plerique Tranquillitatem Substantive reddunt. Horat. ubi supra. *Quorum* [Puerorum Ledæ] *simul alba nautis Stella refulsit, Defluit saxis agitatus humor: Concidunt venti, fugiuntque nubes: Et minax (quod sic voluere) ponto Unda recumbit.* Plut. de Orac. def. Οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν, ἐπερχόμενοί τε μαλάσσοντες βίαν τὴν πόντου, ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς, οὐκ ἐμπλέοντες αὐτοὶ καὶ συγκινδυνεύοντες, ἀλλ' ἄνωθεν ἐπιφαινόμενοι καὶ σώζοντες. 13 Καταιθύσσει] Coruscat, vel cum coruscatione immittit, Alii. 18 Ολβος pro felicitate accipi, sequentia de dotibus animi & victoria Pythica arguunt. Schmid. 22 Τὸ δ' omitt. Editt. plurimæ, cum tamen respondeat τὸ μέν. Αἰδοιέστατον mavult Schmid. metri caussa, sed cum, ut ipse agnoscit, σ sæpius dissimuletur, nihil mutamus. Vide quomodo hunc locum explicat Paraphrastes.

[Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον.] ὁ Κάστωρ σοι εὐδίαν παρασκευάζει. ἐπαινίττεται δὲ τὸν τῶν Κυρηναίων νεωτερισμὸν (στάσις γὰρ ἐνέπεσεν αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον.) ὃν δὴ χειμῶνα εἶπε. διόπερ ὁ Κάστωρ εὐμενὴς σοι ἐστίν. εἴς τε τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ χειμῶνος κατάστασιν, καὶ εἰς τὴν ἱππικὴν νίκην. [Αλλως. Εὐδίαν] ὅστις ὁ Κάστωρ μετὰ τὸν χειμερινὸν ἐκεῖνον ὄμβρον τῶν πραγμάτων, περὶ τὴν σὴν μακαρίαν ἑστίαν καταλάμπει. τοῦτο δέ φησιν, ὅτι ἐστασίασε τὰ περὶ τὴν Κυρήνην πράγματα τῷ Αρκεσίλᾳ, κατ' ἐκεῖνο. [Σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον.] τοῦτο φησὶν, ὅτι διδόασιν οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθά. οἱ δὲ σοφοὶ, κάλλιονα ποιοῦσιν αὐτὰ περιεπικοσμοῦντες διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετήν. [Φέροντι καὶ τὰν θεόσδοτον.] ἀντὶ τοῦ, φέρουσι καὶ ποιοῦσι. τὸ δὲ θεόσδοτον ἀντὶ τοῦ, θεόδοτον εἶπε. [Σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ.] σὲ δὲ δικαίως βαδίζοντα καὶ ζῶντα, πολὺς σου εὐδαιμονίᾳ πλοῦτος περιέχει. [Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς ἐσσί.] τοῦτο Αττικὸν τὸ σχῆμα. τοῦτο μὲν, ὅτι βασιλεὺς εἶ μεγάλων πόλεων, ἔχει σου ὁ συγγενὴς ὀφθαλμὸς γέρας αἰδοιέστατον. τουτέστιν, ὁ ἴδιός σου ὀφθαλμὸς, βλέπει περισσὸν τὸ γέρας τῆς βασιλείας αἰδοιέστατον. οἷον βλέπεις σεαυτὸν τιμώμενον. δύναται γὰρ ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ ὅλον σῶμα σημαίνεσθαι. καὶ κατὰ τοῦτο δὲ μακάριος εἶ ὅτι τὰ Πύθια ἐνίκησας. [Μάκαρ δὲ καὶ νῦν κλεεννᾶς.] μακάριος δὲ τυγχάνοις καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ὅτι τῆς εὐδόξου Πυθιάδος τὴν δόξαν τοῖς ἵπποις λαβὼν, ἐδέξω καὶ τοῦτον τὸν κῶμον καὶ ὕμνον παρὰ τῶν χορευτῶν ὄντα Απόλλωνος παίγνιον. ἤτοι, ὅτι μουσηγέτης ὁ θεός. παιδιὰ γὰρ Απόλλωνος ἡ χορεία. ἢ Απόλλωνος ἄθυρμα, τὴν νίκην. Απόλλωνι γὰρ ἀνιέρωται ὁ ἀγών. λέγει δὲ, ὅτι Πύθια νενίκηκε.

Εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
Ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,

ἐπῳδὸς α'. κώλων ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ, μὴ
Μὶν λαθέτω, Κυράνα,
Γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον·
Παντὶ μὲν Θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν·
Φιλεῖν δὲ Κάῤῥωτον ἔξοχ' ἑταίρων.
Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμηθέος

Decus jam à Pythiade
Equis adeptus, accepisti
Huncce chorealem-hymnum virorum,

METAPH.

Apollineum ludicrum. Idcirco, ne
Ipsum fugiat, Cyrenæ,
Pulchrum circa hortum
Veneris celebratum:
Omni-rei Deum autorem supra-omnia-facere:
Amare vero Carrhotum eximie supra-socios.
Qui non Epimethei

PARAPHRASIS.

Pythiorum certamine gloriam equis reportaris, accepisti hoc carmen encomiasticum, viris saltatoribus ludendum in chorea, cujus præses est Apollo cithara temperans harmoniam. Quo carmine scias velim me Cyrenen etiam celebrare, quod sit veluti Veneris hortus, frugiferum videlicet & amabile solum. Porro victoriam hanc tuam, Deo qui bonorum omnium est author, memento acceptam ferre: ejusque causam adjuvantem, videlicet aurigam tuum Carrhotum, uxoris tuæ fratrem, supra socios omnes dilige: qui non Epimethei more

NOTÆ.

26 Εὖχος] Votum, Lonicer. 28 Ἀρετῶν leg. Lonicer. reddens, Rerum præclare à te gestarum. Phil. ἑταίρων Redd. enim. Sociorum. Neutrum à metro admittitur. 29 Τῷ μή σε λαθέτω leg. Alii. Transpositione vero τῷ σε μὴ λαθέτω, opus est iis, qui eam lectionem amplectuntur. MS. γ. sequimur. 30 Κυράνα Schol. in Nominat. accipit, & cum ἀειδομένη connectit, ita enim legit; quem & Benedictus secutus est. Lonicer. ἀειδόμενον ad κᾶπον refert. Casus vero sextus est, Dorice destitutus ἰῶτα subscribendo, quod errori ansam, ut saepius alias, præbuisse videtur. Syntaxis Schmidii, μή σε λαθέτω [τὸ] ἀειδόμενον Κυράνᾳ ἀμφὶ κᾶπον γλυκὺν Ἀφροδίτας. Quid sit id ἀειδόμενον subjicit, Παντὶ αἴτιον Θεὸν ὑπερτιθέμεν. Intelligit enim autor laudatus certum hymnum Cyrenæis usitatum. Ad nos quod attinet qui σε per ἐπεξήγησιν additum à Scholiaste quodam arbitramur, & postea per errorem in Textum suffectum fuisse; Pindaricum quidem μὶν retinuimus, quali sensu videas Metaphrasin. Ἀμφὶ κᾶπον] Intelligitur locus aliquis Cyrenes Veneri sacer, fertilis. Schmid. 33 Ὑπερτιθέμεν] Est Infinit. pro ὑπερτιθέναι. Philipp. vero, quasi esset ὑπερτίθεμεν, redd. Ponimus. 34 Φιλεῖ leg. Alii. Φιλεῖ, Lonicer. reddens, Amore prosequitur. Κάῤῥωτον] Theotimi sententiam vide apud Schol. qui, juxta Volaterranum, tempore Hieronymi vixit. Schmid. eandem rejicit, quod minus verisimile sit Pindarum Carrhoto ea tribuisse, quæ ad Euphemum pertinerent. Et iis, quæ à Theotimo dicuntur, scilicet quod ἑταῖρον & εὐεργέτην Arcesilai Carrhotum vocet Poëta, ideoque affinem fuisse non Aurigam, respondet, Aurigas veterum Principum non fuisse servos, sed plerumque cognatos & ingenuos, sicut Jolaus Herculis Auriga fuit. Carrhotum autem successisse Euphemo non negat Theotimus, quomodo igitur Aurigatio indigna esse potuit? Adde quod ἑταῖρος non tam respectu Arcesilai, quam reliquorum Aulicorum dicatur, ὧν ἔξοχα eum vult φιλεῖσθαι. Quæ si probet, amplectatur Lector.

[Τῷ, μή σε λαθέτω Κυράνα.] διὸ, μή σε λανθανέτω ἡ Κυρήνη ἀνυμνουμένη. [Ἀμφὶ κᾶπον.] κῆπον Ἀφροδίτης, τὴν Κυρήνην φησὶν ὡς καλλίκαρπον. καὶ διὰ τοῦτο ἐράσμιον καὶ ἐπαφρόδιτον. εἰ μὴ ἄρα, τὸν τῶν Χαρίτων λόφον, ὠνόμασεν τοῦτο Ἀφροδίτης κῆπον. Καλλίμαχος· Ἡ ὑπὲρ αὐσταλέον Χαρίτων λόφον. [Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν.] ὅτι παντὸς πράγματος δεῖ, φησὶ, τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτειν. ὑπερτιθεῖν τε καὶ φιλεῖν. οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ, φίλει. καὶ σε τοίνυν πρὸ μὲν πάντων, τῷ θεῷ ἀνατιθέναι. προσήκει δὲ φιλεῖν παρὰ τοὺς ἄλλους ἑταίρους, Κάῤῥωτον. ἔστι δὲ ὄνομα κύριον, περὶ οὗ μέμνηται πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον. οἱ δὲ, τὸν ἡνίοχον τούτου. ὅν φησιν, ὁ Πίνδαρος τῆς Πυθικῆς νίκης αἴτιον γενέσθαι τῷ Ἀρκεσιλάῳ. κατάγειν δὲ αὐτῷ καὶ στρατιωτικὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀθροίσαντα. ταῦτα δὲ πιστοῦται, παρατιθέμενος τὰ Θεοτίμου, ἐκ τοῦ προτέρου περὶ εἰρήνης, ἔχοντος οὕτως. διαπίπτουσαν δὲ τὴν πρᾶξιν αἰσθόμενος ὁ Ἀρκεσίλαος, καὶ βουλόμενος δι' αὐτοῦ τὰς Ἑσπερίδας οἰκίσαι, πέμπει μὲν εἰς τὰς πανηγύρεις, ἵππους ἀθλήσοντας, Εὔφημον ἄγοντα. νικήσας δὲ τὰ Πύθια, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐστεφάνωσε, καὶ ἐποίκους εἰς τὰς Ἑσπερίδας συνέλεγεν. Εὔφημος μὲν οὖν ἐτελεύτα. Κάῤῥωτος δὲ, τῆς Ἀρκεσιλάου γυναικὸς ἀδελφὸς, διεδέξατο τὴν τῶν ἐποίκων ἡγεμονίαν. ὁ τοίνυν Πίνδαρος τοῖς ἑταίροις καθομιλῶν, τὸ καταπραχθὲν τῷ Εὐφήμῳ, τῷ Καῤῥώτῳ προσῆψε. μόνῳ γὰρ κατώρθωτο, φησὶν, αὐτῷ ἀγαγεῖν τὸ στρατιωτικόν. δόξειε δ' ἂν τούτοις συνᾴδειν, καὶ τὸ, μείζοσιν ἢ καθ' ἡνίοχον, τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις τὸν Πίνδαρον κεχρῆσθαι. ἑταῖρον γάρ φησι καὶ εὐεργέτην τοῦ βασιλέως. ὅπερ ἂν εἰκότως κηδεστοῦ λέγοιτο, ἢ ὅτι ἡνιόχου. φησὶ γάρ· Ἑκόντι τοίνυν πρέπει νόῳ τὸν εὐεργέτην ἀντιάσαι. αὐτουργόν τινα τὸν Κάῤῥωτον γενόμενον, ἡνιοχῆσαι τὸ ἅρμα. διὰ τὸ ἐπιεικῶς τοὺς Κυρηναίους ἁρματηλάτας εἶναι καὶ ἱππικούς. ὥστε ἀμφότερα τῷ Ἀρκεσιλάῳ αὐτὸν κατεργάσασθαι, ἡνιοχῆσαί τε καὶ στρατολογῆσαι. [Οὐκ ἂν Ἐπιμηθέος ἄγων.] Ἐπιμηθέως λέγουσιν εἶναι θυγατέρα τὴν Μεταμέλειαν καὶ τὰ παραπλήσια. καθάπερ καὶ Προμηθέως, τὴν Προμήθειαν. νῦν οὖν ὁ Πίνδαρος τὴν Πρόφασιν αὐτὴν Ἐπιμηθέως εἶπε θυγατέρα. οὐκ ἐκόμισεν οὖν τῷ Ἀρκεσίλᾳ, φησὶν, ὁ Κάῤῥωτος λόγους καὶ προφάσεις, ἀλλὰ τὴν νίκην. εἰώθασι γὰρ οἱ ἡττηθέντες σκήπτεσθαι, πορίζόμενοι προφάσεις τῆς ἥττης. [Ἄλλως.] παρεισῆκται ὁ Ἐπιμηθεύς, ἀπὸ τῶν ἀποβαινόντων συμπτωμάτων καὶ παθῶν, διδασκόμενος τὰ ἀσύμφορα καὶ μεταμελόμενος. ὁ δὲ τούτου ἀδελφὸς Προμηθεύς, καὶ σοφὸς καὶ προορώμενος. διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔχει. καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ, τὸν Προμηθέως θέλων λέγειν, τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι καὶ μὴ τῆς μεταμελείας. ὀψίνοον δὲ τὴν Πρόφασιν εἶπε, διὰ τὸ ὀψέ ποτε καὶ βραδέως, τὰ συμφέροντα καὶ ἀσύμφορα καταλαμβάνειν· ὁ δὲ νοῦς οὕτως. ὅς τις Κάῤῥωτος, οὐ τὴν τοῦ βραδέως βουλευσαμένου θυγατέρα Ἐπιμηθέως Πρόφασιν ἄγων, εἰς τοὺς οἴκους τῶν Βαττιαδῶν, τῶν Κυρηναίων, παραγίνετο. τουτέστιν, οὐχ ἡττηθεὶς, καὶ προφασιζόμενος αἰτίαν τῆς ἥττης, ἦλθεν εἰς Κυρήνην, ἀλλὰ νικήσας.

[Ἀλλ'

Ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν, Βαττιδᾶν
Ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων·
Ἀλλ' ἀειθάρματον,
Ὕδατι Κασταλίας
Ξενωθεὶς, γέρας ἀμ-
φέβαλε τεαῖσι κόμαις,

στροφὴ β'. κώλων ιβ'.

Ἀκηράτοις ἀνίαις,
Ποδαρκέων δυωδεκα-
δρόμων τέμενος. Κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,
Ὁπόσα χεριαρᾶν
Τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων,
Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον
Νάπος Θεοῦ· τό σφ' ἔχει

Ducens sero-sapientis filiam Pro-
phasin, Battidarum
Pervenit ad-domos jura-colentium:
Sed præstantissimo-curru-partum,
Ad-aquam Castaliæ
Hospitio-exceptus, præmium im-
posuit tuis comis,

METAPH.

Salvis habenis, *equorum*
Pedibus-sufficienter-percurrens duodecī-cur-
suum *in* delubro. Fregit enim instrumen-
torum robur nullum: sed pendent *dedicata*,
Quæcunque manibus-compingentium
Fabrorum opera-artificiosa afferens,
Crisæum ad collem
Per-vices-circumduxit ad cavum
Saltum Dei: ea omnia *enim* habet

PARAPHRASIS.

peracto negotio fuit sapiens, neque damno accepto opus habuit prætextu & excusatione ad tuendam imprudentiam, quum reversus est Cyrenen Batti civitatem: sed Promethei consilio & providentia usus in re peragenda, apud Pythonem ubi est fons Castalius hospitio exceptus, præmium coronæ qua cinctum fuit comatum caput tuum, tibi peperit ob rem præstantissime curru gestam, quum sacrum Pythonis delubrum, quod cursu duodecies est conficiendum, velocibus equorum quos regebat pedibus, citra noxam habenarum percurrit. Neque enim ullum robusti currus instrumentum fregit, sed eo salvo & integro vicit. In cujus rei monumentum, Apollini Pythiorum certaminum Deo, talem eum dicavit & suspendit, qualem quum Crisæo colle præterito pervenit ad Dei lucum, cujus planities est cava, adduxit eadem utique artificii elegantia insignem, qua traditus fuerat à fabris qui eum manibus apte compegerant. In gratiam autem & memoriam ipsorum, Arcesilai nempe & Carrhoti, currus ille est collocatus in atrio

NOTÆ.

36 Ὀψινόου Schol. Ὀψινόου Pal. C Sed Πρόφασις ὀψίνοος non est, verum post ὀψίνοιαν nascitur, ut vult Schmid. Quasi nimirum epitheta Pindari, qui schematibus adeo duris scatet, ad ratiunculas aliquas possent exigi. Librorum tamen lectio retinenda est. 37 Βαττιαδᾶν leg. Alii. MS. γ. vero sequimur. 38 Θεμισκρεόντων] Jus miscentium, temperantium ac moderantium, à κεράω, Misceo. Pind. Lex. Ad marg. Ed. Brub. hab. Θεμιστκρεόντων, Juste imperantium, à κρέω, Impero. Ita MS. γ. & Pal. C. cujus Schol. expon. δικαίως βασιλευόντων. 44 Δυωδεκαδρόμων vel divisim Δυώδεκα δρόμων hab. omnes Edd. Schmid. vero conjecit legendum δυωδεκαδρόμων, quod & habet MS. γ. 47 Χεριαρᾶν quod reponit Schmid. est pro χεριαρῶν à χεριάρης vel -ρας Dor. Refertur vero ad τέκτονος, quod itidem legit, nullo auctore. Deducit Autor laudatus ab Ἄρης Mars: Pind. Lex. ab ἄρω, Apto. Sic χαλκεάρης alibi. 48 Αγάλματ' leg. Schmid. metri causa. 50 Ἐν] Dor. pro ἐς. Schmid. ex conject. ἂν pro ἀνὰ, qui vertit, In cavo saltu. 51 Νάπος] Apertam campi Cyrrhæi planiciem Apollini consecratam intelligit, in qua Pythica certamina fiebant. Pausan. in Phoc. Τό σφ' Alii. Ald. τόσ'. Refertur ad ὁπόσα.

[Ἀλλ' ἀειθάρματον ὕδατι Κασταλίας.] ἀλλ' ἐξοχώτατον ἐκ τῶν ἁρμάτων γέρας, ἐν Πυθῶνι παραγεγονώς. ἀπὸ γὰρ τῆς πηγῆς, τὸ χρύσειον ἀκεστέον, περιέβαλεν ὁ Κάῤῥωτος ταῖς σαῖς κόμαις, ἀφθάρτοις ἡνίαις κατὰ τὸ τέμενος τῶν δυωδεκαδρόμων ἁρμάτων ἐπαρκῶν. τουτέστι, τὸ στάδιον τοῖς ποσὶν ἐπαρκέσας, καὶ τὴν νίκην ἀπενεγκάμενος. φασὶ δέ τινες, ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα. τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. τοῦτο δὲ μαρτυρήσει καὶ ὁ Καλλίμαχος λέγων· Δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐσήλασεν ὄθματα δίφρου. [Ἀκηράτοις ἀνίαις.] ἀκηράτους ἀνίας, παρὰ τὸ ἀδιαφθόρους εἶναι ἔφη. οὐ γὰρ διεφθάρησαν κατὰ τὸν δρόμον, ἀλλὰ διέμειναν ὑγιεῖς. ἔξωθεν δὲ προσληπτέον τὴν κατὰ, ἵν' ᾖ, κατὰ τὸ τέμενος. [Κατέκλασε γὰρ ἐντέων σθένος οὐδέν.] οὐδὲν γὰρ τῶν αὐτοῦ ἁρμάτων ὁ Κάῤῥωτος κατέκλασεν. ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς, αὐτὸς ἱστορεῖ τεσσαράκοντα δίφρους τοὺς συναγωνιζομένους τῷ τοῦ Ἀρκεσιλάου ἅρματι, κατεάχθαι κατὰ τὸν δρόμον. μόνον δὲ τὸ τοῦ Καῤῥῶτου ὄχημα, ἀπήμαντον ἀνύσαι τὸ στάδιον. καὶ διὰ τοῦτο ἀνατεθῆναι τῷ Ἀπόλλωνι. ὁ δὲ νοῦς, οὕτως· οὐδαμῶς δὲ συνέτριψε τῶν τοῦ ἅρματος σκευῶν οὐδὲν, ἀλλὰ κρέμαται, καὶ ἀνιέρωται τῷ Ἀπόλλωνι, ὁπόσα ταῖς τῶν χερσὶν ἁρμοζόντων τεκτόνων ποικίλματα ἄγων, τὸν Κρισαῖον λόφον κατὰ τὸ κοιλόπεδον πεδίον ἔδραμε τοῦ Ἀπόλλωνος. [Τό σφ' ἔχει κυπαρίσσινον μέλαθρον.] ὅπερ τὸ ὄχημα ἔχει τις οἶκος ἐστεγανωμένος κυπαρισσίνοις δοκοῖς, πλησίον τοῦ ἀνδριάντος. ὅν τινα μονόβολον ὄντα, οἱ Κρῆτες παρὰ τῷ Παρνασσίῳ ὄρει καθίδρυσαν. τουτέστιν, ἐν τῇ Πυθοῖ. [Μονόδροπον] γὰρ, τὸ μονόβολον, ἢ μονόξυλόν φησι, παρὰ τὸ, μόνον αὐτὸν εἰλῆφθαι. δρέπεσθαι γὰρ, τὸ λαμβάνειν.

Κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγεϊ
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

Cyparissina trabs ad
Statuam prope,
Cretenses quam sagittarii in-cacumine
Parnassio colloca-
runt, ex-una-arbore-natam plantam.

ἀντιστροφὴ β'. κώλων ιδ'.

Μεταφρ.

Ἑκόντι τοίνυν πρέπει
Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.
Μακάριος, ὃς ἔχεις
Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον,
Λόγων φερτάτων
Μναμήιον. Ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἁ-
νιόχοις, ὅλον δίφρον κομί-
ξαις ἀταρβεῖ φρενὶ,
Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον
Ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων,
Καὶ πατρωΐαν πόλιν.

Spontanea itaque decet
Mente benefactori
Occurrere. Alexibiada,
Te vero pulchricomæ illustrant Gratiæ.
Beatus *es*, qui habes
Etiam post magnum laborem,
Sermonum præstantissimorum
Monumentum. Inter quadragin-
ta enim lapsos au-
rigas, integrum currum repor-
tans intrepido animo,
Rediisti jam *in* Libyæ campum
Ex splendidis certaminibus,
Et *ad* patriam urbem.

Paraphrasis.

cupressinis trabibus contignato, prope statuam quam sagittarii Cretenses, ex unius arboris trunco, citra parti[um] ullarum coagmentationem effictam in cacumine Parnassio, hoc est in Pythone, collocarunt. Quare Arcesila[e], [cum] hujusmodi aurigæ opera & beneficio victoriam consequutus fueris, decet te ut eum de te bene meritum sponta[nea] benevolentia prosequaris. Te vero, ô Carrhote fili Alexibii, illustrem reddunt mea carmina, quæ pulchricom[arum] Gratiarum venustate nitent. Et beatus es, quod postquam magnum laborem exantlasti, mea oratione metrica [quæ] est præstantissima, præconium laudis immortalis nactus es, idque meritissimum. Nam inter quadraginta au[ri]gas qui tecum certantes ceciderunt, currum integrum & illæsum referens intrepido animo, ab illustribus Pytho[]nis certaminibus in Libyæ campum, patriamque urbem Cyrenen reversus es.

Notæ.

52 Κυπαρίσσινον μέλαθρον] Fuit hæc ædes in ἱερῷ περιβόλῳ Apollinis, ut Pausan. not. l. 10. id est in sacro septo, quod situm ad [Par]nassum, & in clivum resupinatum fuit spatii perampli, & exituum multiplicium. Eundem περίβολον, mox Pausan. τέμενος ap[pel]lat. Ibi vero reposita sunt donaria Apollini consecrata. 53 Ἀνδριάντι] Hujus statuæ Cretensium Pausan. non meminit, initio pr[o] testatus se non omnia, sed λόγου μάλιστα ἄξια percensurum esse : sicut nec currus Arcesilai, nisi forte ille fuit, quem se vidisse scrib[it a] Cyrenæis (ut forte relatum fuit) dedicatum cum Batti Statua, puta Coloniæ ex Thera in Cyrenaicam ducis, cui tanquam Auri[gæ] addita fuit Cyrene Nympha : & ipsa Libye Nympha Batto Coronam imponens. 54 Κρῆτες] Cretenses Pindari ætate, & magis a[d]huc præcedentibus sæculis, præ cæteris Græcis διὰ τὸ τοξεύειν erant celebres. Pausan. Att. Τέγεϊ] Tecto in lateribus declivioribus Parna[ssi] collocato. quod paulo ante Κυπαρίσσινον μέλαθρον vocavit. Schmid. 55 Καθέσσαντο hoc κώλῳ trib. γ. 56 Μονόδροπον φυτόν] Apolli[nis] esse statuam Schmid. conjicit. 59 Ὑπαντιάσαι] Ab ὑπαντιάζω, quod arguit α penult. breve. Ab ὑπαντιάω enim produceretur. 60 Φλέ[]γοντι] Lonicer. Depereunt. reddit : sicut & Virgil. Ardere pro Deperire, *Ardebat Alexin.* 62 Μετὰ Commune hab. Edd. 66 [Κομί]ξαισιν Edd. At Pal. C & γ. nostram lect. habent. 68 Ἦλθεν leg. Pal. C. refer. ad Carrhotum. 69 Ἀγλαῶν] Pal. C. ἀγαθῶν. 70 Πατρ[ωΐαν]

[Ἑκόντι τοίνυν πρέπει νόῳ.] ὁ λόγος πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον. πρέπει σε, φησὶν, ἑκόντι τὸν εὐεργέτην Κάῤῥωτον ἀμείβεσθαι, ἀνθ' ὧν εἰς σὲ διεπράξατο. [Ἀλεξιβιάδα σὲ δ' ἠΰκομοι.] ὦ Ἀλεξιβίου υἱὲ Κάῤῥωτε. σὲ δὲ αἱ εὔκομοι ἐκ τῆς μνήμης καταλαμβάνουσι Χάριτες. [Μακάριος, ὃς ἔχεις] μακάριος δὲ καὶ εὐδαίμων τυγχάνεις, ὅστις καὶ μετὰ τὸν μέγαν κάματον, διὰ τῶν ἐμῶν φερτάτων λόγων, τουτέστι τῶν ὕμνων, ἔχεις μνημεῖα τῶν καμάτων. ταῦτα δὲ, ἤτοι πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον λέ[]γει, διὰ τὸ στάσει κεχρῆσθαι πρὸς τοὺς ὑπηκόους· ἢ πρὸς [τὸν] Κάῤῥωτον· διότι περὶ τὸν τῶν ἐποίκων συλλογὴν πολλὰ ἐπ[ραγμάτευ]σεν. [Ἐν τεσσαράκοντα γὰρ πετόντεσσιν.] ὁ νοῦς. ἐν γὰρ τεσσα[]ράκοντα καταπεσοῦσιν ἡνιόχοις, ἄθραυστον καὶ ὑγιᾶ τὸν δίφρον ἤγα[γες] ἀταράχῳ διανοίᾳ. καὶ παρεγένου εἰς τὸ Λιβύης πεδίον, ἐκ τῶν [ἐν]δοξοτάτων ἀγωνισμάτων, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον πόλιν Κυρήνην.

ἐπῳδὸς ϛ'. κώλων ιδ'.

	ΜΕΤΑΦΡ.
Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,	Laborum vero nemo exsors est,
Οὔτ' ἔσεται. Ὁ Βάττου	Neque erit. Batti
Δ' ἕπεται παλαιὸς	Vero sequitur prisca
Ὄλβος, ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων.	Felicitas, & tamen hæc & illa tribuens.
Πύργος ἄστεος, ὄμμά τε φαεννότατον	Turris *ille est* urbis, oculusque clarissimus
Ξένοισι. Κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι	Hospitibus. Illum sane & frendentes
Λέοντες περὶ δείματι	Leones præ timore
Φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεγκεν	Fugerunt, linguam postquam illis attulit
Ὑπερποντίαν.	Transmarinam.
Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων	Nam autor-coloniæ-deducendæ dedit Apollo
Θῆρας αἰνῷ φόβῳ,	Bestias gravi metui,
Ὄφρα μὴ ταμίᾳ	Ut ne præsidi
Κυράνας ἀτελὴς	Cyrenes irritus
Γένοιτο μαντεύμασιν.	Fieret in-oraculis.

PARAPHRASIS.

Ne putes autem quum in adipiscenda victoria tantum laborem exhausisti, tuam conditionem fuisse duriorem quam aliorum qui res præclaras gesserunt. Nemo enim unquam antehac præclari quicquam gessit, nemo unquam in posterum sine magno labore geret. Arcesilaum vero sequitur vetus Batti fœlicitas, quæ pariter hæc & illa ipsi tribuit, ut sit turris & propugnaculum urbis, patriæ tutor ac defensor, & peregrinos, ut benigno erga eos est affectu, ita oculo serenissimo aspiciat. Cum autem in solo ubi Cyrenen condidit Battus, grassari solerent superbi leones, territi diffugerunt, quum ille, prout accepto ultra mare apud Delphos oraculo significatum fuerat, adducta sociorum manu, suæ coloniæ stationem construebat. Fecit autem Apollo, qui oraculi sui monitu author erat deducendæ coloniæ, ut feroces illæ feræ gravi metu perculsæ, aufugerent, ne quid fatali illi Cyrenes conditori obstaret, ac ne vanum foret vaticinium Dei veridici,

NOTÆ.

72 Βάττου] Lonicer. vert. Battum vetus felicitas sequitur, præter alia hæc simul tribuens, ut sit ipse Turris urbis, oculusque hospitibus lucidissimus. Nam &c. 76 Βαρύκομποι] Κόμπος est proprie, Crepitus aprorum dentes acuentium. Schmid. vert. Dentibus-acutis-terribiles. Vulg. vero, Graviter-fastuosi. Historia talis est: Battus in Libya de improviso conspexit Leonem: quo territus magnum & clarum, urgente necessitate, sustulit clamorem, quo & Leonem fugavit & vocis vitium (antea enim balbutiebat) sanavit. Herod. l. 4. & Pausf. l. 10. Poëta Plur. Leones, ut alibi solet, pro Singulari utitur. 78 Φεῦγον Alii. Φύγον vero cum Schol. leg. qui ἔφυγον sæpius habet. Γλῶσσαν. γ. 79 Ὑπερποντίαν] In quot diversas sententias abierunt Grammatici vide apud Schol. Hanc Didymi Schmidius probat, quam ita exprimit, Peregrinam vocem initio quidem exilem, sed postea maxime intensam. 80 Δῶκεν Ἀπόλλων leg. Edd. pleræque. 82 Ταμίᾳ Lonicer. & Aret. vertunt, Promptuarium, qu. esset Nominativus Fœminini generis; cum tamen ταμία sit Dispensatrix, & ταμιεῖον Promptuarium appellandum esset.

nullo negotio parta possidet, sapientem esse putent, & honestis rationibus rectoque consilio facultates ad vitam necessarias amplificare, graviter falluntur. Etenim non est positum in hominum facultate ut divitias acquirant: sed eas suppeditat Deus, qui alias alium sublimem aut humilem reddit, aliique subjicit, bona & mala quibus vult certa ratione dispensans. Cæterum tu, Aristomenes, præmium Megaris ex Diocleis reportasti: & in recessu Marathonis Herculea superasti: & Hecatombæa à majoribus tuis Argivis in Æginam delata in Junonis honorem, etiam tua in patria vicisti. Partis vero tribus illis victoriis, Megarica, Marathonica, Æginetica, in quibus alios tua fortitudine dejecisti, in Pythiis ludis incidisti superne in quatuor antagonistas, illis mala

NOTÆ.

104 MS. γ. leg. Μὴ ξὺν μακρῷ χρόνῳ, i. e. Brevi tempore. Ea forsan vera est lectio. Inspiciat Lector κῶλα 131 & 132. 105 Πεδαφρόνων] Pro μεταφρόνων. Æoles enim, ut supra annotavimus, πέδα vel πεδὰ pro μετά. Portus vero è longinquo etymon petit, qu. πεδάφρων ὁ τὴν φρένα πεπεδημένην ἔχων, Qui mentem vinctam habet; vel pejus, ὁ τὰ πεδινὰ καὶ ταπεινὰ φρονῶν, id est, Res campestres vel humiles sentit; Vel pessime, hoc enim & metrum rejicit, qu. esset πηδάφρων Dor. pro πηδήφρων, à πηδᾷν, saltare, scil. Qui mentem salientem id est, Levem habet; cum tamen *nil saliat Arcadico juveni*. Quod si circa ridicula fas esset diutius versari, Portus alia conjectura lectorem potest excipere. A πίδαξ enim Scaturigine deducit πιδαφρόνων, cum hæc vox etiam per τὸ ι scripta sit. Nempe hasce nugas non liceret propinare Reip. literariæ, nisi Porti filius in suo Lexico Pind. forte affectu in patrem cæcus, iisdem nostram sententiam longe posthaberet. Ideoque etiam Schmid. Commentarium suum iis locupletavit, & totum locum exscripsit. Alii πεδ' ἀφρόνων, divisim. 106 Schmid. vertit, Victum amplificandi rectis consiliis utentibus artibus; eodem fere sensu, sed obscurius. 107 Μηχαναῖς Commune leg. MS. γ. 108 Schmidius, cui nunquam deest conjectura ad corrigend. metrum, ubi id corruptum existimat, Θεὸς pro Δαίμων mallet, ni κῶλ. 79. obstaret. 110 Portus conjungit ὑπὸ μέτρῳ χειρῶν, sub mensura manuum, exponitque, Arbitratu suo. 111 Μέτρον leg. γ. Forte pro κατὰ μέτρον, Juxta proportionem quandam. Καταβαίνων Schmid. Similem locum apud Hesiod. habes initio. Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει κ. λ. 112 Μεγάροις] Vide Ol. 7. Lonicer. & Aret. Isthmicam victoriam interpretantur. Ἔχεις γέρας] Incisum videlicet nomen victoris columnæ lapideæ. Schmid. 113 Μυχῷ Μαραθῶνος] Vide Ol. 9. De Junoniis vero Ol. 7. 115 Ἀριστόμενες. γ. Tres victorias Junonias intell. Schmid. Lonicero & Aretio τρισσαὶ νῖκαι sunt Megarensis, Marathonia, & Æginetica Junonia. 117 Ἔμπετες] Dor. pro ἐνέπεσες ab ἐμπίπτω. Nisi dicamus, Imperfectum esse ab ἐμπέτω. Lonicer. Adverbialiter poni censet; sed verbum etiam esse posse addit. Optima Imago. 118 Σωμάτεσσι] Pro Personis antagonistarum. Σῶμα pro Homine & alibi dicitur. Sophocl. OEd. Tyr. τοὐμὸν σῶμα, mea persona. Σῶμα vero nunc de Vivo Corpore, nunc de Cadavere; τὸ Δέμας autem Schmidio (à δέδεμαι Ligatus sum) semper Corpus vivum, cui quasi anima alligata est. Verum Eustath. ad Il. A. ostendit, Homerum & post eum alios pro Cadavere usurpare solitos fuisse. Κακὰ φρονέων] Erepturus eis victoriam. Lonicer. μικρὸν φροντίζων, Parum curans, parum solicitus, sed confisus robori suo: à quo non longe abest Schol. ἧττον αὐτῶν φροντίζων, Parvi eos faciens & contemnens.

Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται.] ταῦτα δέ φησιν, οὐκ ἔστιν ἐν ἀνθρώποις τὰ ἐκ προνοίας κτήσασθαι. τὸ δαιμόνιον δὲ, ἑκάστῳ παρέχει. [Ἄλλοτε δ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων.] ἐπεὶ προεῖπεν ὅτι, ὁ δαίμων παρέχει πάντα, ἐπήγαγεν ὅτι, ποτὲ μὲν, ἄλλοτε ἄλλον, ὑψηλὸν ποιῶν· ἄλλοτε δὲ ὑποχείριον, καὶ οἰκτρὸν καὶ ταπεινόν. [Μέτρῳ καταβαίνει.] ἀντὶ τοῦ, καταβαίνειν ποιεῖ. μεμετρημένα ἑκάστῳ, τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ παρέχει, ὑπὸ τοῦ ἐν μονίμῳ τύχῃ κειμένων. [Ἥρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον.] ὡς καὶ ἐν Αἰγίνῃ Ἡραίων ἀγομένων, κατὰ μίμησιν τοῦ ἐν Ἄργει ἀγῶνος. ἄποικοι γὰρ Ἀργείων Αἰγινῆται. Δίδυμος δέ φησι τὰ Ἑκατόμβαια, αὐτὸν νῦν λέγειν ἐπιχώριον ἀγῶνα Αἰγινητῶν, διὰ τὴν συγγένειαν. [Νίκαισι τρισσαῖς.] σὺν ταῖς τρισὶ ταύταις νίκαις, καὶ τὰ Πύθια νικήσας, τέτρασι σώμασι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἄνωθεν ἐνέπεσεν, ἧττον αὐτῶν φροντίζων. τὸ δὲ [Δαμάσαις ἔργῳ,] ἀντὶ τοῦ μετ' ἔργου καὶ ἐνεργείας πολλῆς καθυποτάξας σαυτοῦ.

Φρενέων. Τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς
Ἔπαλπνος ἐν Πυθι-
άδι κρίθη, οὐδὲ μολόντων
Πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως
Γλυκὺς ὦρσεν χάριν· κατὰ λαύρας
Δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι πτώσσοντι, συμ-
φορᾷ δεδαϊγμένοι.

Meditans. Quibus neque reditus pariter
Jucundus apud Pythia-
dem judicatus-fuit, neque reversorum
Apud matrem undique risus
Dulcis excitavit festivitatem: per vicos
Vero ab-inimicis semoti trepidant, ca-
lamitate sauciati.

ἀντιστροφὴ ε'. κώλων θ'.

Μεταφρ.

Ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν,
Ἁβρότατος ἐπὶ
Μεγάλας, ἐξ ἐλπίδος πέταται
Ὑποπτέροις ἀνο-
ρέαις, ἔχων κρέσσονα τέρψιν
Πλούτοιο. Ἐν δ' ὀλίγῳ,
Βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω
Δὴ καὶ πίτνει χαμαὶ, ἀποτρόπῳ
Γνώμᾳ σεσεισμένον.

Qui vero bonum aliquod recens sortitus-est,
Splendore in
Magno, præ spe evolat
Alatis *quasi* strenuitati-
bus, habens præstantiorem oblectationem
Divitiis. In brevi vero *tempore*, *ut*
Mortalium voluptas crescit: sic *brevi tempore*
Vero etiam cadit humi, infausto
Consilio quassata.

PARAPHRASIS.

moliens: quibus devictis apud Pythiadem judicatum est, reditum in patriam non æque ac tibi fore jucundum ob dedecus. Quique reversi ad parentes, non festivum illis ex victoria risum, sed pallidum mœrorem ex calamitate sua illis excitarent. Quique quod adversario succubuerint, cor saucium gerentes, eorum conspectum metuunt, proculque ab illis per vicos incedentes declinant & fugiunt. Sed qui recens rem præclare gessit, & spe suam non frustratus, victoriam veloci & prompta strenuitate est adeptus, fœlicitate sublimis fertur, & summa voluptate fruitur, neque divitias quas ad certamen liberaliter impendit, ullo modo desiderat, imo victoriæ honorem iis præfert. Quod & tibi lucta victoriam adepte Aristomenes nunc usu venit. At vide ne nimium successu gaudeas ac si perpetuo fœlix futurus esses. Velim enim scias hanc esse fragilitatis humanæ sortem, ut res vel splendidissimæ & jucundissimæ exiguo tempore crescant, & aliqua calamitate concussæ brevi dilabantur.

NOTÆ.

120 Ἔπαλπνος] Vocabulum Pindaricum. Infra Isth. 5. à simplici ἀλπνὸς, Superlativus ἄλπνιστος συγκοπῇ pro ἀλπνίστατος extat. Pind. Lex. proprie de vento secundo dici vult, qui ad nos quodammodo saliens spiransque venit, qu. ἐπὶ ἅλα πνέων. Vel κατὰ συγκοπὴν ἐπίθαλπνος, à θαλπνὸς, i. e. splendidus, & μεταφορικῶς, Splendoris instar gratus; idque à θάλπω, Foveo, unde & θαλπωρὴ, Lætitia, voluptas, spes quæ nostras cogitationes fovet. Schmidio est κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ θ ex ἐπίθαλπνος, non κατὰ συγκοπήν. 121 Κρίθη ἐν Πυθιάδι] Nos exhibemus vulg. vers. in Metaphr. quæ Verbaliter accipit κρίθη pro ἐκρίθη. Cui interpret. opponit Schmid. potius dicendum fuisse ἐκ vel ἀπὸ Πυθιάδος, quam ἐν Πυθιάδι quod tamen non ostendit. Quid si enim cum Bened. intelligis locum, in quo Pythia celebrabantur? Τὸ ἐν certe non male dicitur, ubi de loco fit sermo. Sed alii sentiunt κρίθη accipi pro Hordeo; ut νόστος victis οὐκ ἔπαλπνος esset ἐν Πυθιάδι κρίθῃ, In Pythico hordeo. Sic ἐγένετο sumitur ἔξωθεν. Videtur Aret. & Lonicero, usitatum fuisse, eos qui victi fuerant corona hordeacea recenti redimitos, ex loco certaminis dimitti, qua monebantur eos nondum labori tanto sufficientes, laurove dignos esse. Quibus subjung. Schmid. Epitheton Πυθιάδι additum fuisse, ne quis de Δημητρείων vel Ἀνακαλυπτηρίων victoria interpretetur, cujus præmium erat corona hordeacea. Vide Isth. 1, 81. 124 Ἐχθρῶν ἀπάοροι] Metu derisionis. Phil. redd. Fugantes. Ἀπάορος, Remotus in suspenso, ab αἰωρέω, Tollo. Lonicer. vert. Imbelles: Aret. Debiles, forte propter πτώσσοντι seq. 127 Ἁβρότατος ἐπὶ μεγάλας] In magnis deliciis, in magna lætitia. Schmid. Non est Superlativus ab ἁβρὸς, ut Phil. vertit, conjungens μεγάλας cum ἐλπίδος scil. Spe magna volitat. Doricum esse Gen. productio τοῦ α arguit. Ἀπὸ leg. MS. γ. Schol. pro textu. 130 & 131 κάλλα leg. cum Aldo. Alii hab. ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν. Ἐν δ' κ. λ. i. e. Curam habens rerum divitiis præstantiorum; virtutis scil. & illustrium actionum. 133 Ἀποτρόπῳ γνώμᾳ] Præpostero consilio, ut Lonicer. vel stulta mente, ut Phil. 134 Νὸν legendum conjicit Schmid. ob primam brevem.

[Τοῖς, οὔτε νόστος ὁμῶς.] οἷς τισι τοῖς ἡττηθεῖσιν, ἐκ τῆς Πυθίας ἡ ἀνακομιδὴ, οὔτε ἡδεῖα, οὔτε προσηνὴς ἐγένετο. οὔτε ἐλθόντων αὐτῶν ἐπὶ τὴν πατρίδα περὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς γονεῖς, γέλως γλυκὺς χάριν † ἐνίκησε τῆς ἐκ τῆς νίκης. ἐκ δὲ τῆς ἐναντίας, λύπη καὶ συμφορὰ περὶ τὸν οἶκον τῶν ἡττηθέντων γέγονεν. [Ἄλλως.] εὐλαβοῦνται καὶ φεύγουσι τοὺς ἐχθροὺς, τῇ τῆς ἥττης συμφορᾷ δακνόμενοι. [Ὁ δὲ καλόν τι καὶ νέον λαχών.] ὁ δὲ νεωστὶ καλὸν κατατεπραξάμενος καὶ νικήσας, ὑπὸ μεγάλης ἁβρότητος εὐδαιμονίας ἐκ τῶν εὐτυχηθεισῶν ἐλπίδων ὑψοῦται, τῇ ταχείαις αὐτοῦ ἐπαιρόμενος ἀνδρείαις, ἔχων τὴν κρείττονα πλούτου τὴν φροντίδα. τουτέστι, τὴν νίκην. [Ἄλλως.] ὁ δὲ καλῶς πράξας, ὑπὸ τῶν ἐλπίδων μετέωρος φέρεται. [Ἐν δ' ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται.] λείπει χρόνῳ. τουτέστι χρόνῳ μικρὸν αὔξει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ καταβάλλει, ἡ τύχη σεσεισμένους. ἔξωθεν οὖν προσληπτέον τὸ, χρόνῳ. ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ φησὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἡδὺ καὶ καλὸν εἶναι δοκοῦν, αὔξεται καὶ ἀφανίζεται, ὅταν ἀνδρὶ τις καὶ πάλιν ταχέως αὐξηθὲν τὸ ἀγαθὸν, ἀφανίζεται. γνώμῃ καὶ πείρᾳ σεσεισμένον καὶ ἡττηθέν.

† Leg. ἐκίνησε.

[Ἐπίμερος

ἐπῳδὸς ε'. κῶλων ια'.	Metaph.
	[nullus?
Ἐπάμεροι. Τί δέ τις; τί δ' οὔτις;	Diei-unius *sumus*. Quid n. *est* aliquis? quid v.
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Ἀλλ' ὅταν αἴγλα	Umbræ somnium homines. Sed cum splendor
Διόσδοτος ἔλθῃ,	A-Jove-datus venerit,
Λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν,	Splendidum accedit lumen hominum,
Καὶ μείλιχος αἰών.	Et suavis vita.
Αἴγινα φίλα μᾶ-	O Ægina chara ma-
τερ, ἐλευθέρῳ στόλῳ	ter, libero cœtui
Πόλιν τάνδε κόμιζε, Διῒ	Civitatem hancce cura, cum Jove,
Καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ,	Et rege Æaco,
Πηλεῖ τε, κἀγαθῷ Τελα-	Peleoque, &-præstantissimo Tela-
μῶνι, σύν τ' Ἀχιλλεῖ.	mone, cumque Achille.

PARAPHRASIS.

Ecquid de hominum genere in diem vivente sentias? Annon modo dicas hunc esse aliquem, & alicujus pretii, modo nullum esse nulliusque pretii? Etenim homines sunt umbra, imo umbræ somnium, nempe minus quiddam quam umbra quæ nihil est. At vero quum Jovis gratioso munere affulsit fœlicitas, tum stabile splendoris decus humanæ res obtinent, suavemque vitam exigunt homines. Quo rerum statu si frueris, Aristomenes, acceptum Deo feras. Cæterum heroina dilectissima, mater Ægina, urbem hanc Aristomenis tuam cognominem tuæ curæ commissam suo populo liberam serva, cum reliquis ejus patronis, Jove generis authore, Æaco insulæ rege, ejusque posteris, Peleo præstantissimo, Telamone & Achille heroibus magnis.

NOTÆ.

136 Σκιᾶς ὄναρ] Vicit hac similitudine, Erasmi judicio, Pindarus Homerum, qui Il. Z. Foliis defluentibus arborum comparat. Reprehenderunt aliqui Pindarum, ut notat Schol. quod Encomio querelam inseruerit; quibus reponit Schmid. Eos non perspexisse consilium Poëtæ; Aristomenem nempe eum velle admonere de modestia, ne fortuna præsente insolescere incipiat; verum ex pietate remunerationem διάδοτον impetret. Quæ ad Theologum pertinent, non Poëtam. Sane ii, qui id objiciunt, docendi sunt, quæ sit Natura Poëseως Pindaricæ; imo minus attente Poëtam legisse censendi sunt, qui hujusmodi γνώμαις abundat. 144 Κρείσσῳ] MS. γ. leg. κἀγαθῷ.

Ἐπάμεροι, τί δὲ τίς; τί δ' οὔτις;] τῶν ἐφημέρων ἀνθρώπων, τί ἄν τις εἴποι; ὅτι ἐστὶ τίς. ἢ πάλιν, ὅτι οὐκ ἐστί. ταχέως μὲν γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι τὶς οὗτος. ταχέως δὲ, ὅτι οὐδεὶς, διὰ τὴν μετάπτωσιν τῶν πραγμάτων. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐπιφέρει, ὅτι σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, εὖ τῇ ἐμφάσει χρώμενος. ὡς ἄν τις εἴποι τοῦ ἀσθενοῦς τὸ ἀσθενέστερον. οὐ γὰρ οἶον ἀνθρώπου ὄναρ ἐστὶν, ἀλλὰ σκιᾶς ἀνθρώπου, ἢ οὕτως. ἐπάμεροι ὦ ἄνθρωποι. τίς ἐστιν ὁ δοκῶν εἶναι καὶ μέγας καὶ πλούσιος; τίς δὲ ὁ νομιζόμενος οὐδεὶς καὶ εὐτελής; ὀνείρατα σκιᾶς ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι. [Ἀλλ' ὅταν αἴγλα διόσδοτος ἔλθῃ.] ἀλλ' ὅταν ἐκ Διὸς δεδομένη αἴγλη ἐπέλθῃ, τουτέστιν, ὅταν ὁ Ζεὺς ἐπιλαμπρύνῃ, ἡδὺς ὁ βίος γίνεται τοῖς ἀνθρώποις. ὁ δὲ νοῦς. ἀλλ' ὅταν αἴγλη τὶς καὶ φῶς ἐκ θεοῦ παραγένηται, λαμπρὸν φάος ἔπεστι κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ προσηνὴς ὁ βίος καὶ ἡ ζωή. ἐπιμέμφονται δέ τινες τῷ Πινδάρῳ ὅτι ἐγκώμιον γράφων, θρηνεῖ τὸν ἀνθρώπινον βίον. [Αἴγινα φίλα μᾶτερ.] τὸν λόγον πρὸς τὴν ἡρωΐδα ἀπέστρεψεν. ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος. ὁ δὲ νοῦς. ὦ προσφιλεστάτη μῆτερ Αἴγινα, τὴν ὁμώνυμόν σοι πόλιν φύλαξον, καὶ περίεπε σὺν ἐλευθερίᾳ. φύλαξον δὲ σὺν τῷ Διῒ καὶ τῷ βασιλεῖ Αἰακῷ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἥρωσιν. ἢ οὕτω. τοῦτο ἐκ τοῦ χοροῦ λέγοιτο ἄν. ὥστε τὴν Αἴγιναν, μητέρα τῶν χορευόντων λέγεσθαι. ἐλευθέρῳ δὲ στόλῳ. ἀντὶ τοῦ ἐλευθέρᾳ στάλσει ἢ στάσει καὶ σχήματι μὴ ταπεινουμένῃ ὑπ' ἄλλοις. [Αἴγινα φίλα μᾶτερ.] προσφωνεῖ τῇ ἡρωΐδι.

Τέλος τῆς ὀγδόης τῶν Πυθίων εἰδῶν.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΩΛΩΝ ΤΗΣ ΣΤΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗΣ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΕΙΔΟΥΣ.

ΤΗΣ ἐννάτης ᾠδῆς ἡ στροφὴ καὶ ἀντίστροφος, κώλων ιε'. Τὸ α', ἀναπαιστικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον. Τὸ β', τροχαϊκὸν τρίμετρον καταληκτικὸν εἰς ἴαμβον καταλῆγον. Τὸ γ', Ἀρχιλόχειον, ὅμοιον τῷ Ἐρασμονίδᾳ. † Χαρμόλας. Τὸ δ', πενθημιμερὲς δακτυλικόν. Τὸ ε', τὸ αὐτὸ τῷ γ'. ἀλλὰ τοῦτο δωδεκάσημον. τὸ δὲ γ', ἑνδεκάσημον. Τὸ ς', δίμετρον ἐπιχοριαμβικὸν ἀκατάληκτον. Τὸ ζ', δίμετρον Ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος ἀκατάληκτον. Τὸ η', δακτυλικὸν πενθημιμερές. Τὸ θ', τρίμετρον δακτυλικὸν ἀκατάληκτον. Τὸ ι', δακτυλικὸν πενθημιμερές. Τὸ ια', τὸ αὐτὸ τῷ γ', καὶ ε'. Τὸ ιβ', δακτυλικὸν πενθημιμερές. Τὸ ιγ', τροχαϊκὸν δίμετρον καταληκτικὸν Εὐριπίδειον. Τὸ ιδ', τὸ αὐτὸ τῷ γ'. Τὸ ιε', ἰαμβικὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον.

† Ed. Brub. ad marg. Χαρίλας.

Περὶ τῶν κώλων τῆς ἐπῳδοῦ τοῦ αὐτοῦ εἴδους.

Ἡ δὲ ἐπῳδὸς, κώλων ἐστὶ, ιδ'. Τὸ α', Πινδαρικὸν … ἐγκωμιολογικόν. Τὸ β', δακτυλικὸν τρίμετρον καταληκτικόν. Τὸ γ', τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ δ', πενθημιμερὲς δακτυλικόν. Τὸ ε', ἐπιχοριαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ ς', Ἰωνικὸν δίμετρον καταληκτικόν. Τὸ ζ', τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ η', ἐπιχοριαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Τὸ θ', Ἰωνικὸν δίμετρον καταληκτικὸν ἀνακλώμενον. Τὸ ι', Πινδαρικόν. ἤτοι … τον, Σαπφικὸν καὶ ἰαμβέλεγος. Τὸ ια', ἰαμβέλεγος, μετατεθεικὼς τὴν πρώτην ἐπὶ τὴν τελευταίαν … Τὸ ιβ', τροχαϊκὸν δίμετρον καταληκτικὸν Εὐριπίδειον. Τὸ ιγ', δακτυλικὸν πενθημιμερές. Τὸ ιδ', ὅμοιον τῷ πρώτῳ.

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς.

Γράφεται τῷ προειρημένῳ τὴν ᾠδὴν, νικήσαντι τὴν εἰκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα. ἐνίκησε μὲν τοι καὶ στάδιον. τῇ λ. Πυθιάδι. οὐ φαίνεται δὲ ὁ Πίνδαρος ταύτης τῆς νίκης μνημονεύων. ἴσως ὅτι προφθάσας, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης, ἔγραψεν. [Ἄλλως.] γράφεται Τελεσικράτει Κυρηναίῳ, νικήσαντι τὴν κη'. Πυθιάδα, ὁπλίτῃ. τῇ δὲ λ'. στάδιον. παρὸ δὴ, οὐ μνημονεύει τῆς τοῦ σταδίου νίκης. τούτου δὲ ἀνάκειται ἐν Δελφοῖς ἀνδριὰς, ἔχων κράνος. ἐκ προγόνων δὲ ἐστὶ δρομεύς. Ἀλεξίδαμον γάρ φησιν αὐτοῦ εἶναι πρόγονον Λίβυν. ἐλθόντα ἐπὶ τὴν Ἀνταίου θυγατέρα, καὶ ἀγωνισάμενον. πολλοὶ δὲ ταύτης μνηστῆρες.

Ratio vero metrica hæc est:

στροφὴ & ἀντιστροφή.	ἐπῳδός.
1. υυ-- -υυ- υυ--	1. --υυ -υυ- --υυ
2. -υ-- -υ-- -υυ-	2. -υυ -υυ -υ
3. υ-υυ -υυ- -	3. -υ-- -υ--
4. -υυ -υυ -	4. -υυ -υυ -
5. --υυ -υυ- -	5. -υ-- -υυ-
6. -υ-- -υυ-	6. υυ-- -υ-
7. υυ-- -υ--	7. -υ-- -υ--
8. -υυ -υυ -	8. -υ-- -υυ-
9. -υυ -υυ -υ	9. υυ-- -υ-
10. -υυ -υυ -	10. -υ-- -υυ- υυ-
11. --υυ -υυ- -	11. -υ-- -υυ- υυ--
12. -υυ -υυ -	12. -υ-- -υ-
13. -υ-- -υ-	13. -υυ -υυ -
14. -υ-- -υ-	14. -υ-- -υυ- υυ--
15. --υ- --υ- -	

Quid de κώλῳ 9. Stroph. ſentiendum, non liquet. Neque enim cum Schmidio plurima κῶλα mutare ad libitum placet. Edidimus fere illud ex MS. γ. quia ad idioma Pindaricum propius accedere videbatur. Nec tamen ſibi per omnia conſtat. Quinetiam nec de 2. στροφ. convenit, neque plane 7. quod eſt ὑπερκατάληκτον, τῷ γ.

ΤΕΛΕΣΙ-

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩ, ΟΠΛΙΤΟΔΡΟΜΩ.

ΑΡΜΑΤΙ.

ΕΙΔΟΣ Θ'.

TELESICRATI CYRENÆO, ARMATO-CURSORI.

CURRU.

ODE IX.

ARGUMENTUM.

Telesicratem Cyrenæum laudat à Patria, à præsenti victoria, aliquot etiam aliis, à consequentibus victoriam, & à Majorum historia.

στροφὴ α'. κώλων ιε'.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν
Σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων Τελεσι-
κράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,
Ὄλβιον ἄνδρα, διω-
ξίππου στεφάνωμα Κυράνας.
Τὰν ὁ χαιτάεις ἀνεμο-
σφαράγων ἐκ Παλίου κόλ-
πων ποτὲ Λατοΐδας
Ἅρπασεν, ἤνεγκέ τε χρυσέῳ
Παρθένον ἀγροτέραν
Δίφρῳ· τόθι νιν πολυμήλου

METAPH. [ctorem

Volo æreі-clypei-gestatorem Pythicū-vi-
Cum pulchre-cinctis prædicans Telesi-
cratem Gratiis celebrare,
Felicem virum, eque-
stris coronamentum Cyrenes.
Quam comatus vento-perstre-
pentibus ex Pelii fini-
bus quondam Latoides
Rapuit, vexitque *in Libyam* aureo
Virginem venatricem
Curru: ubi eam pecorosæ

PARAPHRASIS.

Nunc fert animus Telesicratem, qui æneo clypeo instructus gravi cum armatura cursum armatum in Pythiis vicit, victorem denunciare, meoque hymno quem Gratiæ bene cultæ venustum reddunt alta voce celebrare virum illum successu beatum, & ornamentum ac decus equestri arti addictæ & insignis Cyrenes urbis, quæ nomen mutuata est ab heroide Cyrene; quam coma egregius Latonæ filius Apollo quondam rapuit, & ex monte Pelio ventorum vehementia perstrepente, cum esset adhuc virgo & venationi indulgeret aureo in curru abduxit hunc in Libyæ pecorosum

NOTÆ.

1 Χαλκάσπιδα] Æreum Clypeum gestantem, & Bellicosum. Posteriore significatu Ol. 9. sumitur. In priore, hoc loco, ea ratione, qua Schol. interpret. Hoc vero genus armati certaminis introductum fuit primo in Olympiis, Olympiade 65. & quidem cum plausu, quod videretur illa exercitatio ad res bellicas idonea, teste Pauf. 2 Βαθύζωνος idem ac βαθύκολπος alibi. Pal. C. hab. ἀγαίνων pro ἀγγέλλων, & Scholia ejus exponunt, addito ἕνεκα. Plurimæ Edd. ut & MS. γ. hab. ἀγγέλων. Quæ mutatio metri gratia facta est, ut inspicienti quæ Schol. hab. de κώλοις στροφ. patebit. 3 Γεγωνεῖν] Poëtæ nostro semper est, Celebrare, plena quasi voce Collaudare. Schmid. 4 Διωξίππου] Totam regionem, ἐλάσιππον ἔθνος, dixit P. 5, 113. Significat vero, Bellicosi, ut, & P. 4, 2. Eadem urbs εὔιππος dicitur, & Θήβα πλάξιππος, Ol. 6, 145. 6 Ανεμοσφαράγων] Σφάραγγος vel σφάραγος est, Guttur, item sonus ex Gutture editus. Lonicer. redd. Stridente vento: Phil. Ex flatuoso sinu Pelii. 9 Ενεγκε leg. Pal. C. Schmid. ἅρπασ' ἔνεγκε, ob metrum. 11 MS. γ. Νῦν pro νιν.

[Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν.] χαλκάσπιδα φησὶν, ὅτι σὺν ἀσπίδι χαλκαῖς, τὸν ὁπλίτην ἔτρεχον δρόμον. τὸ ἑξῆς δέ. [Σὺν βαθυζώνοις Χάρισιν·] ὁ νοῦς. βούλομαι τὸν Πυθιονίκην Τελεσικράτην ἐγκωμιάζων, σὺν ταῖς βαθυζώνοις Χάρισιν ἀνυμνεῖν, εὐδαιμονέστατον ἄνδρα, στέφανον καὶ δόξαν ὄντα τῆς ἱππικῆς Κυρήνης. [Τὰν ὁ χαιτάεις.] εἰς τὴν ἡρωΐδα, ἀφ' ἧς τοὔνομα ἔλαβεν ἡ πόλις Κυρήνη, μετάγει τὸν λόγον. ἀπὸ δὲ Ἠοίας Ἡσιόδου, τὴν ἱστορίαν ἔλαβεν ὁ Πίνδαρος. ἧς ἡ ἀρχή· Ἠοίη Φθίη Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα, Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη. ὁ δὲ νοῦς. ἣν ποτε τὴν Κυρήνην ὁ κομήτης Ἀπόλλων, ἐκ τῶν ὑψηλῶν τοῦ Πηλίου κόλπων ἥρπασε, καὶ ἤνεγκεν χρυσῷ δίφρῳ τὴν θηρευτικὴν καὶ ἀγρευτικὴν παρθένον. [Τόθι νιν πολυμήλου.] ἔνθα αὐτὴν τῆς πολυπροβάτου καὶ πολυκάρπου γῆς ἔθηκε δέσποιναν, καὶ οἰκεῖν θάλλουσαν καὶ γαυριῶσαν, τὴν ἐπήρατον τρίτην μοῖραν τῆς ἠπείρου γῆς. τουτέστι, τὴν Λιβύην. τρίτην δὲ εἶπε ῥίζαν γῆς τὴν Λιβύην, διὰ τὸ μερίζειν τινὰς ὅλην τὴν οἰκουμένην εἰς Ἀσίαν, καὶ Εὐρώπην, καὶ Λιβύην. εἰς ἐκεῖνον δὲ καὶ τοῦτο εἴληφε. τουτέστιν, ὅτι ἡ Λιβύη τρίτον ἐστὶ τῆς οἰκουμένης καθ' αὐτὴν, καὶ οὐ τῇ Ἀσίᾳ συμπεπλεγμένη.

Καὶ πολυκαρποτάτας	Et maxime frugiferæ
Θῆκε δέσποιναν χθονὸς,	Fecit dominam terræ,
Ῥίζαν ἀπείρου τείταν	*Ut* radicem continentis-terræ tertiam
Εὐήρατον, θάλλοισαν οἰκεῖν.	Amabilem, florens inhabitaret.
ἀντιστροφὴ α'. κώλων ιε'.	**Μεταρη.**
Ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα	Excepit vero argentipes Venus
Δάλιον ξεῖνον, θεοδμάτων ὀχέων	Delium hoſpitem, divinitus-factos currus
Ἐφαπτομένα χερὶ κούφα·	Attingens manu leviter:
Καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς	Et ipſis in dulcibus
Εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ,	Cubilibus amabilem immiſit verecundiam,
Ξυνὸν ἁρμόζοισα θεῷ	Communis adaptans Deo-
Τε γάμον μιχθέντι, κούρᾳ θ'	que nuptias commixto, filiæque
Ὑψέος εὐρυβία·	Hypſei late-potentis:
Ὃς Λαπιθᾶν ὑπερόπλων	Qui Lapitharum armis-ſuperborum
Τουτάκις ἦν βασιλεὺς,	Tunc erat rex,
Ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως	Ab Oceano *quoad* genus heros
Δεύτερος· ὅν ποτε Πίν-	Secundus: quem olim Pin-
δου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς	di celebribus in vallibus

PARAPHRASIS.

& fœcundum locum, ut vireſcentem & optabilem hanc regionem, quæ orbis terrarum eſt pars tertia, incoleret, & ſua ſub ditione ac ſceptro domina teneret. Quo cum perveniſſent, formoſa Venus cujus hic eſt hortus, quæque nuptias curat, ortum in Delo hunc Deum hoſpitio excepit, currum quo delati fuerant divinitus fabricatum manu leviter attingens: & fecit ut cum verecundia quæ in novis nuptis eſt amabilis, dulcem inchoarent concubitum, connubio jungens Deum cum hac filia Hypſei præpotentis, qui tunc Lapitharum ſuperborum rex erat, Heros ab Oceano generatione ſecundus: quandoquidem Oceanus Peneum, Peneus Hypſeum genuit ex Creüſa Naiade Nympha Telluris filia,

NOTÆ.

12 Πολυκαρποτάτας] Quo reſpectu Cyrenen etiam, partem Libyæ, vocavit εὐδαίμονα P. 4, 495. Et Herod. Melpom. ſcribit in Cyrenaica per octo menſes fructus colligi. 14 Ῥίζαν] Notat Libyam eſſe tertiam radicem Orbis habitati, cujus notitia ex Cyrenes notitia, tanquam ex radice Græcis enata fuerit. Verba ſunt Schmidii. Ideo potius Cyrene dicenda eſſet Radix, non Libya; quod & vult autor laudatus, ſi conferas quæ poſtea annotat, Nempe, præter δισσὰς ἀπείρους, quas vocat Sophocles Trachin. Europam & Aſiam, Cyrenen cognitam, ῥίζαν quaſi extitiſſe detegendæ illo tempore Africæ. Potius, ad ſimilitudinem Radicis Poëta reſpexit, Terramque denſum radicatam. Τετάταν hab. Edd. Schmid. vero ex Pal. C. repoſuit τρίταν, ut & hab. γ. 15 Εὐήρατον] Schmid. ad Cyrenen refert, ut antea P. 5. Cyrene Γλυκὺς κᾶπος Ἀφροδίτας fuiſſe memoratur. Θάλλοισαν] Ut ad Cyrenen puellam referatur, non ad Terram Libycam, vel Cyrenen Urbem. 16 Δὲ hab. Schmid. 17 Δάλιον ξεῖνον Alii. Lon. & Aret. ex depravato loco Schol. † legunt, δόλιον ξεῖνον, quod, uti interpretantur, doloſe cum Cyrene egerit, eam rapiens: tametſi βίαιον potius appellandum Lon. fateatur. 18 Χερὶ Commune. Alii. 22 Schol. leg. μιχθέντα, & refert ad γάμον. 24 Λαπιθᾶν Edd.

[Ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτη.] Ζητεῖται διατί καὶ ἐνταῦθα ἡ Ἀφροδίτη εὑρίσκεται συμπαρεπέμπουσα τὸν Ἀπόλλωνα· καὶ ἐφαπτομένη τοῦ δίφρου. Καὶ ἤτοι ὅτι μετέρχεται τὰ γαμήλια ἡ θεὸς ἔργα. Ὅμηρος· Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. ἢ ὡς αὐτός φησι, κῆπος Ἀφροδίτης, ἡ Λιβύη. καὶ ἴσως, διὰ τὸ ἐπέραστον τῆς χώρας. οὐκ ἔχομεν γὰρ ἐξ ἱστορίας δεῖξαι ὅτι ἱερὰ ἦν ἡ Λιβύη τῆς θεοῦ. ὁ δὲ νοῦς. ὑπεδέξατο δὲ ἡ λευκόπηχυς Ἀφροδίτη τὸν † δόλιον ξένον· τουτέστι, τὸν Ἀπόλλωνα. κούφως καὶ ἠρεμαίως τῶν θείων ὀχημάτων τῇ χειρὶ αὐτῆς ἁπτομένη. ξένον δὲ ἔφη τῇ Κυρήνῃ τὸν Ἀπόλλωνα, διὰ τὸ, νῦν πρῶτον ἐπιδημῆσαι. διὰ τιμῆς δὲ ἄγουσι τὸν θεόν. [Καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς εὐναῖς.] καὶ δὴ αὐτῆς ταῖς γλυκεραῖς κοίταις, ἐπέραστον ἔβαλεν αἰδῶ, κοινὸν ἁρμόζουσα τὸν μιχθέντα γάμον τῷ θεῷ, καὶ τῇ τοῦ Ὑψέως κόρῃ Κυρήνῃ. [Ὃς Λαπιθᾶν ὑπερόπλων.] ὅστις ὁ Ὑψεὺς τῶν ἀνδρειοτάτων Λαπιθῶν βασιλεὺς ἐτύγχανεν ἐξ Ὠκεανοῦ δεύτερος κατάγων τὸ γένος. ἐξ Ὠκεανοῦ γὰρ Πηνειὸς ὁ ποταμός. ἀφ' οὗ ἐγένετο ὁ Ὑψεύς. [Ὃν ποτε Πίνδου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς.] τοῦ Θετταλικοῦ ὄρους. Πίνδος γὰρ, ὄρος Περρ(αι)βίας. ἡ δὲ Περραιβία, τετράπολις τῆς Θεσσαλίας. τὸ δὲ [Ναῒς εὐφρανθεῖσα] ἀντὶ τοῦ παννυχίσασα διὰ τὴν εὐφροσύνην. Ναΐδος δὲ καὶ Πηνειοῦ, τὸν Ὑψέα, Φερεκύδης· Ἀκέσανδρος δὲ, θυγατέρας τῆς Ἀσωποῦ καὶ Πηνειοῦ, ἱστορεῖ τὸν Ὑψέα. ὁ δὲ νοῦς. ὅντινα τὸν Ὑψέα ποτὲ ἐν ταῖς ἐξοχαῖς τῆς Πίνδου ἡ Ναῒς εὐφρανθεῖσα τῇ τοῦ Πηνειοῦ μίξει, ἐγέννησε Κρέουσα, Γῆς οὖσα θυγάτηρ:

[Οἱ δ'.

Ναῒς εὐφρανθεῖσα Πη-
νειῷ λέχει Κρέοισ' ἔτικτεν,

Nais delectata Pe-
nei lecto Creusa peperit,

ἐπῳδὸς α'. κώλων ιδ'.

Γαίας θυγάτηρ. Ὁ δὲ τὰν εὐώλενον
Θρέψατο παῖδα Κυράναν·
Ἁ μὲν, οὔθ' ἱστῶν παλιμβά-
μους ἐφίλασεν ὁδοὺς,
Οὔτε δείπνων οἰκορίᾶν
Μεθ' ἑταιρᾶν τέρψιας·
Ἀλλ' ἀκόντεσσίν τε χαλκέοις
Φασγάνῳ τε μαρναμένα,
Κεράϊζεν ἀγρίους
Θῆρας· ἦ πολλάν τε καὶ ἀσύχιον
Βουσὶν εἰράναν παρέχοισα πατρῴαις·
Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν

METAPH.

Terræ filia. Ille autem lacertis-decoram
Educavit filiam Cyrenen:
Quæ quidem neque telarum retrogra-
das amavit vias,
Neque conviviorum domesticas
Inter socias delectationes:
Sed jaculisque æneis
Gladioque pugnans
Conficiebat feras
Bestias: multam profecto & tranquillam
Bobus securitatem præbens paternis:
Et qui *alias est* concubitor suavis

PARAPHRASIS.

Penei complexu olim in inclytis Pindi montis vallibus oblectata. Porro Hypseus filiam Cyrenen formosam apud se educavit. Sed hæc neque telas texendi, neque jucunda convivia cum sociis matribus familias agitandi studio tenebatur. Verum in venatione tota occupabatur, & jaculis ærea cuspide instructis, gladioque feras bestias oppugnabat & conficiebat, ut deletis illis paternæ boves intrepide & pacate pascerentur, nihilque detrimenti patris armenta caperent. Totamque per noctem, quo potissimum tempore solent grassari feræ, venata, sub auroram, quo tempore se sua in lustra feræ recipiunt, brevi eoque suavi somno

NOTÆ.

30 Κρέοισ' (Ita enim leg. Exempla) Scholia Pal.C. exponunt, βασίλισσα, Domina vel Regina. 33 Παλιμβάμους pro παλιμβάμονας, ex βάμων seu βάμων Remeantes, Reciproce regredientes. Pulcherrima descriptio operis textorii. Quod ad telam Penelopes Poëtam respexisse Lon. putat, nihil huc facit, ut recte Schmid. 35 Οἰκουριᾶν Alii. Nos Ald. & γ. sequimur. Οἰκογενῶν vel οἰκοτρεφῶν sunt conjecturæ Schmidii, absque causa. Schmid. annotat ad hunc locum, Genit. Pluralem non tantum Dorice in αν formatum, sed etiam Circumflexum pro οἰκοριᾶν. Quæ observatio ex hoc loco, uti ei videtur, constat. Cæterum præterea loci ad firmandum Canonem istum allegati sunt isti. P. 12, 56. γενύων καρπαλιμᾶν, pro καρπαλίμων, & N. 3, 67. ἀρεταῖς μυριᾶν pro μυρίων. Proinde Dores circumflectunt Genetivos Plurales Adjectivorum, pari ratione ac Substantivorum. Est vero juxta Lexicon Pindaricum Οἰκόριος, ὁ τοῦ οἴκου οὖρος καὶ φύλαξ. 37 Ἀκόντεσσί τε Alii. 39 Κεράϊζεν MS. γ. Κεράϊζεν est, Cornibus Conficiebat. 41 Εἰράναν leg. Dor. cum MS. γ. Εἰρήνην Comm. Alii. Quæ hic iterum adfert Lon. Poëtam respexisse ad Penelopen, cujus proci greges Ulyssis absumpserunt, quum contra Cyrene procorum secura, armentis paternis hanc calamitatem non attraxerit, frivola sunt. Schmid. 42 Lon. vult. ἀσύνδετον esse, σύγκοιτον, γλυκὺν, παῦρον, ῥέποντα πρὸς ἀῶ· quum ad ὕπνον per ἐπεξήγησιν inferatur σύγκοιτον γλυκὺν, quod videlicet Somnus alias dulcis concubitor esse soleat: reliqua duo epitheta, & quantitatem & tempus determinant, quod videlicet Somnum ῥέποντα πρὸς ἀῶ, h.e. Matutinum, παῦρον, seu Exiguum in palpebris insumpserit, hoc est, quod somno antelucano parum usa, ante auroram ad venationes exierit.

Ὁ δὲ τὰν εὐώλενον θρέψατο.] ὁ δὲ Ὑψεὺς τὴν λευκόπηχυν Κυρήνην ἀνέθρεψεν. εἶχε δὲ ταύτην ἐκ Χλιδανώπης. οὐ μόνον δὲ Κυρήνην εἶχεν, ἀλλὰ καὶ Ἀλκαίαν. [Ἁ μὲν, οὔθ' ἱστῶν παλιμβάμους.] ἀντὶ τοῦ, παλιμπορεύτους. αἱ γὰρ ὀρθαὶ ὑφαίνουσαι, προπορεύονται, καὶ πάλιν τὸν αὐτὸν πορεύονται τόπον. καὶ ὑποστρέφουσιν. ὡς καὶ Ὅμηρος· Ἱστὸν ἐποιχομένην καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. [Οἰκοριᾶν] δὲ, ἤτοι οἰκοδεσποινῶν. οἱονεὶ τῶν ἤδη γεγαμημένων καὶ ἀρχουσῶν οἰκιῶν. ὁ δὲ νοῦς. αὕτη μὲν οὖν ἡ Κυρήνη, οὔτε τὰς παλιμπορεύτους ἐφίλησε τῶν ἱστῶν ὁδοὺς, οὔτε τῶν δείπνων τὰς τέρψεις. ἢ τῶν ἑταιρῶν τῶν τοῦ οἴκου διαπαιζουσῶν. ἀπὸ κοινοῦ τὸ, οὐχ εἵλετο τὰς τέρψεις. [Ἀλλ' ἀκόντεσσί τε χαλκέοις.] ἀλλὰ χαλκοῖς δόρασι καὶ ξίφει μαχομένη, ἐπόρθει καὶ ἀνῄρει τοὺς ἀγρίους θῆρας. πολλὴν ἡσυχίαν καὶ εἰρήνην ταῖς πατρῴαις παρέχουσα βουσίν. ἀναιρουμένων γὰρ τῶν ἀγρίων θηρῶν, εὐμαρῶς καὶ ἀδεῶς τὰ ἥμερα τῶν ζώων νέμεται. [Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκύν.] καὶ τὸν ἑωθινὸν δι' ὀλίγον ἐπερχόμενον τοῖς βλεφάροις ἡδὺν ὕπνον ἀφανίζουσα καὶ ἀναλίσκουσα. τὸ γὰρ [Ῥέποντα,] ἀντὶ τοῦ, ἐπερχόμενόν φησιν. ἔξωθεν δὲ προσυπακουστέον τὸ ἐθήρα. ὁ δὲ λόγος. οὕτως ἐμμανῶς εἶχε περὶ τὴν θήραν, ὡς καὶ περὶ ἡμέρας θηρᾶν, καὶ μὴ κοιμᾶσθαι τὸν ἑωθινὸν ὕπνον. [Ἄλλως.] τοῦτό φησιν, ὡς τὰς νύκτας ὅλας περὶ τὰ κυνηγέσια γινομένης αὐτῆς, πρὸς ὄρθρον δὲ κοιταζομένης. οὗτος γάρ ἐστιν, ὁ πρὸς τὴν ἕω ῥέπων ὕπνος. οἱ δὲ, ἄτοπον εἶναι λέγουσι δι' ὅλης νυκτὸς καὶ μέχρι τοῦ ἑωθινοῦ, θηρᾶν αὐτήν. οὐ γὰρ οἷόν τε νυκτὸς σκότους ὄντος, θηρᾶν, ἀλλ' εἰ ἄρα περὶ τὸν ὄρθρον.

Παῦρον ἐπὶ βλεφάροις	Exiguum in palpebris
Ὕπνον ἀναλίσκοισα, ῥέποντα πρὸς ἀῶ.	Somnum impendens, vergentem ad auroram.
στροφὴ β'. κώλων ιε'.	Μεταφρ.
Κίχε νιν λέοντί ποτ' εὐρυφαρέτρας	Invenit eā aliquando lata-pharetra-instructus
Ὀμβρίμῳ μούναν παλαίοισαν ἄτερ ἐγ-	Leone *cum* robusto solam luctantem sine ja-
χέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.	culis longe-jaculationem-exercens Apollo.
Αὐτίκα δ' ἐκ μεγάρων	Statim vero ex ædibus
Χείρωνα προσήνεπε φωνᾷ·	*Evocatum* Chironem allocutus-est sermone:
Σεμνὸν ἄντρον, Φιλλυρίδα,	Venerando antro, Phillyride,
Προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς,	Relicto *egressus*, animum fœminæ,
Καὶ μεγάλαν δύνασιν	Et magnum robur
Θαύμασον, οἷον περ ἀταρβεῖ	Admirare ; qualem intrepido
Νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ,	Contentionem prensat capite,
Μόχθου καθύπερθε νεᾶνις	Supra laborem puella
Ἦτορ ἔχοισα, φόβῳ	Cor habens ; timore
Δ' οὐ κεχείμανται φρένες·	Vero non fluctuant præcordia.
Τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν ;	Quis eam hominum genuit ?
Ποίας δ' ἀποσπασθεῖσα φύτλας	Qua & avulsa ex stirpe
ἀντιστροφὴ β'. κώλων ιε'.	Μεταφρ.
Ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων ;	Montium recessus habitat umbrosorum?

PARAPHRASIS.

palpebras claudenti in lecto indulgebat : deinde ad studia sua redibat. Quibus intentam, Apollo latæ pharetræ gestator, eminusque sagittas emittens, aliquando invenit, viditque solam & inermem cum impetuoso leone luctantem. Quod miratus ille, Chironem ex ædibus ilico evocavit, dixitque. O Philyræ fili Chiron ex venerando antro tuo egredere quæso, & fœminæ præsentem animum, ingensque robur contemplatus, mirare quam intrepido capite, quam audacter cum leone certet puella, gerens animum labore majorem, utque nullo metu fluctuant & perturbantur ejus præcordia. Quis quæso est pater, quæ mater hujusmodi puellæ. quæ in opacis, umbrosorum montium latibulis habitat,

NOTÆ.

44 Ἀναλίσκοισα] Lon. Redemit. Quoad Syntaxin, non opus est subaud. ἤθελε cum Schol. Melius enim refertur Participium ad κεράϊζεν, δηλονότι παρέχουσα εἰρήνην, καὶ ἀναλίσκουσα ὕπνον Ῥέποντα leg γ. attamen -τα recens addidit manus. 45 Λέοντι Schmid. 46 Ὀβρίμῳ. Alii Παλαίοισαν leg. Schmid. 51 Καὶ θυμὸν MS. γ. 53 Omitt. περ Edd vulg. 54 Νεῖκος] Schol. exponit. νίκην & φιλοτιμίαν, unde & Pal. C. habet, cujus Scholia δόξαν φέρει interpretantur, νῖκος legisse videtur : quem secutus Lon. vertit, Victoriam. Adhuc venerat certans Cyrene ; ideoque certamen, non victoria, hic intelligendum est. Ubi jam victoria est, ut recte Schmid. ibi absentiam terroris & metus mirari non est opus. Lon. & Portus secuti Scholiasten, κεφαλᾷ in Dativo accipiunt, dum ille reddit, Qualem victoriam intrepido suo capiti parit : Hic vero, Quale periculum accersat suo intrepido capiti : Phil. & Stephanus in Casu sexto. Quale intrepido capiti sustineat certamen. 57 Κεχείμανται] Tempestate jactatæ, & vexatæ. Χεῖμα est Tempestas. 58 Τέκεν] Genuit vel Peperit. Τὸ τίκτειν commune est utrique sexui. 59 Ἀποσπασθεῖσα] Abstracta, & eo modo, quo surculi refracti pro insitione vel tradux, propagata. Φύτλα est, Genus, ortus, generatio.

[Κίχε νιν λέοντί ποτ'.] κατέλαβε δὲ ἐν τῷ Πηλίῳ ποτὲ τὴν Κυρήνην ὁ Ἀπόλλων, τῷ ἰσχυρῷ ἄνευ δόρατος μόνην διαμαχομένην λέοντι. καὶ Καλλίμαχος· Ἔνθα λέοντα Ὑψηΐς κατέπεφνε βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο. [Σεμνὸν ἄντρον, Φιλλυρίδα, προλιπών.] τὸ σεμνόν σου σπήλαιον, ὦ κένταυρε, καταλιπὼν, ἐλθὲ καὶ θαύμασον τὴν ψυχὴν τῆς γυναικός. ὁποίαν νίκην ἐπάγει τῇ ἑαυτῆς κεφαλῇ ἡ νεᾶνις, τοῦ καμάτου κρείττονα ἔχουσα τὴν ἑαυτῆς ψυχήν. οἱονεὶ, οὐ κάμνουσα, πρὸς τὸ καταπαλαῖσαι τὸν λέοντα. ἀλλ' οὐδὲ φόβῳ ἐχειμάσθησαν αὐτῆς αἱ φρένες. [Ἄλλως.] αὕτη ἀταρβὴς οὖσα, τὴν ψυχὴν ὕπερθεν ἔχουσα τοῦ μόχθου, τουτέστι νικωμένη τῷ μόχθῳ, οἵαν φιλοτιμίαν ἐπάγει τῇ ἑαυτῆς κεφαλῇ. [Τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν.] τίς δὴ ἀνθρώπων αὐτὴν ἐγέννησεν; ἀπὸ ποίας δὲ φύσεως καὶ γένους ἀποσπασθεῖσα καὶ γεννηθεῖσα, τῶν συμφύτων ὀρῶν τοὺς κευθμῶνας ἔχει, ἀντὶ τοῦ θηρᾷ. ἡ δὲ μεταφορὰ, ἀπὸ τῶν κλάδων τῶν ἀποσπωμένων ἀπὸ τῶν φυτῶν.

[Γεύεται

Γεύε̃ται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντυ. Ὅσια
Κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν;
Ἦ ῥὰ καὶ ἐκ λεχέων
Κεῖρεν μελινδέα ποίαν;
Τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενής,
Ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσαις
Ὀφρύϊ, μῆτιν ἑὰν
Εὐθὺς ἀπαμείβετο· Κρυπταὶ
Κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς
Πειθῦς ἱερᾶν φιλοτάτων
Φοῖβε· καὶ ἔν τε θεοῖς
Τοῦτο κἀνθρώποις ὁμῶς,
Αἰδέοντ' ἀμφανδὸν ἁ-
δείας τυχεῖν τοπρῶτον εὐνᾶς.

Et gustat strenuitatem immensam. Fas *ne est*
Inclytam manum ei inferre?
Anne etiam è lectis
Demetere mellitam herbam?
Huic vero Centaurus valde-gravis,
Placido blande ridens
Supercilio, consilium suum
Statim respondendo-exposuit: Occultæ
Claves sunt sapientis
Suadelæ sacrorum amorum
O Phœbe: & inter Deos
Hoc & Homines pariter,
Verecundantur palam dul-
ci frui primum cubili.

PARAPHRASIS.

tamque robusta est ut ausit immenso robore feram, & animalium robustissimum aggressa, cum eo congredi? Numquid fas est ei manus ad raptum injicere, ex ejusque jucundo concubitu prolem suscipere? Tum ei venerandus & magnanimus Centaurus Chiron, laxato blando supercilio modeste subridens, ilico quid sentiret respondit. Inquiris an liceat puellam rapere: in more est, Apollo, occultis verbis amorem suum patefacere: neque par est per raptum violenter, sed per facultatem persuadendi callide concubitum captare, & sacris Veneris initiari. Atque ea est pariter & apud Deos & apud homines verecundia, ut non ausint aperto sermone alter alterius amplexus postulare, iisque frui.

NOTÆ.

61 Γεύεται] Experitur, & immensi roboris specimen edit, Schmid. Ὅσια] sc. ἐστί. Schmid. vult esse Substantivum ἡ ὁσία. Res licita, ut Aristoph. Pluto, Κἀγὼ νομίσας πολλὴν ὁσίαν τοῦ πράγματος, & Od. Π. v. 423. Οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. Verum Eustath. annotat ad locum laudatum, esse ἔμφασιν vocis βουλὴ vel δίκη. Sed ut fateamur, quod nobis videtur, cum apud Schol. legas ὅσια, ubi exponit καλόν, ita & hic legendum ex more Pindarico, qui Plurali sæpius utitur pro Sing. 62 Χεῖρα Codd. impressi præter Schmid. 64 MSS. γ. & Pal. C. quem sequitur Schmid. hab. κεῖραι. Scholion pro Textu. Κεῖρεν est Dor. pro κείρειν. 66 Ἀγανᾷ] Lon. Nobili. Χλιαρὸν leg. Ald. & MSS. γ. & Pal. C. MS. γ. trib. primam seq. ι - huic κώλῳ. Χλιαρὸν γελάσαις idem est ac Χλιαρῶς γελάσας. Tepide ridens, vel subridens. Similiter dixit Apoll. l. 3. Νεκτάρεον μείδησε. Hom. Od. Ξ. ἁπαλὸν γελάσαι· Sappho, Γελώσας ἱμερόεν· Hor. *Dulce ridere.* 68 Edd. hab. ἀμείβετο. Nos MS. γ sequimur. 69 Κλαΐδες] Aret. annotat, Chironem dehortari Apollinem tecto sermone à vi aperta, & suadere ut blandis verbis puellam ad amorem pelliciat. Sic per occultas claves intelligas, Tectum sermonem, quo aliquid aperitur & declaratur. Fusius hanc interpretationem legas in Paraphr. Quia in κλαΐδες corripi penultimam putarent Grammatici, à Pal. C. & aliis περιεσπᾶται. 70 Ἱερᾶν] Legitimorum, Magnorum. Ἱερός, ut & Sacer, pro Magno sæpe accipitur. Schmid. Aliter Paraph. 73 Ἀμφανδὸν pro ἀναφανδὸν cum Schmid. legimus. Ἀμφαδὸν hab. Impressi & MS. γ.

[Γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντυ.] γεύεται δὲ καὶ ἐφάπτεται, ἀπείρου καὶ πολλῆς ἀνδρείας. οὕτως ἰσχυρά ἐστιν. Ὅμηρος· Γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν. ἀντὶ τοῦ, πολεμήσομεν. ἀπείρου δέ φησιν, ἀντὶ τοῦ πέρας οὐκ ἐχούσης διὰ τὸ μέγεθος. τὸ δὲ ἑξῆς, ἆρα ὅσιόν ἐστι τὴν χεῖρα προσενεγκεῖν, καὶ δρέψαι τὴν παρθενίαν αὐτῆς; ὁ γὰρ λόγος ἐρωτηματικός, παρ' Ἀπόλλωνος ἐν ἤθει λεγόμενος. ἆρα ὅσιόν ἐστι τὴν ἔνδοξον χεῖρα αὐτῇ ἐπενεγκεῖν, καὶ ἐκ τῶν κοιτῶν ἡδεῖαν βοτάνην ἀποκεῖραι; ἤτοι, διαπαρθενεῦσαι αὐτήν, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννῆσαι παῖδα. τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ κεῖραι μελινδέα ποίαν. ἢ μεταφορικῶς εἴρηκε τὴν ἀκμήν, ἢ τὴν παρθενίαν, μελινδέα ποίαν. [Τὸν δὲ, κένταυρος ζαμενής.] ζαμενὴς νῦν, ὁ σεμνός. ἢ ὁ ἰσχυρός. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα εὐθὺς ὁ συνετὸς κένταυρος τῇ ἀγανῇ ἑαυτοῦ ὀφρύϊ προσηνὲς καὶ ἡδὺ γελάσας, ἀνταπεκρίνατο. [Ἄλλως.] χλιαρὸν φησι, τὸ πολὺ καὶ κεχαλασμένον. χλιδὸν γὰρ λέγουσι τὸ πλῆθος. ἢ προσηνὲς, καὶ ἡδὺ, παρὰ τὸ χλιαρόν. τὰ μὲν γὰρ ἀπηνῆ, τοῖς ψυχροῖς παραβάλλουσι. τὰ δὲ προσηνῆ καὶ τερπνὰ, τοῖς θερμοῖς διὰ τὴν γλυκεῖαν διάχυσιν. οὕτως οὐκ ἐπιπολὺ γελάσας. οὐ γὰρ ὡς οἱ σκυθρωπάζοντες, συνηγμένας εἶχε τὰς ὀφρῦς. τὸ δὲ, [Μῆτιν ἑὰν,] ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, οἱονεὶ ἐπιμελῶς διαλάσας. ἵνα μὴ δῶμεν αὐτὸν πολὺ καὶ ἄκαιρον γελάσαντα. [Κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς πειθοῦς.] ἕκαστος φησι, κρυπτῶς τοὺς λόγους, οὓς περὶ συνουσίας ἔοικε παρεγχειρεῖν ὁ Χείρων τὸν Ἀπόλλωνα. ἐπεὶ προεῖπεν ἐκεῖνος, ὅσια κλυτὰν οἱ χεῖρα προσενεγκεῖν; ἢ οὕτως ἀποδοτέον, σὺ, Ἀπόλλων, ἐρωτᾷς με εἰ ὅσια κλυτὰν χεῖρά οἱ προσενεγκεῖν, ὁ πᾶν τὸ ἐσόμενον εἰδώς. μάντις γὰρ εἶ. ἀλλ' ἐπεὶ αἰσχυνόμεθα περὶ τούτων λέγειν, καὶ κρυπτῶς ταῦτα ἐνεργεῖται, καὶ σὺ αἰδούμενος με ἐρωτᾷς. ἐπίστασαι γὰρ μάντις ὤν. [Ἄλλως.] τῆς περὶ τὰς γυναῖκάς, φησι, πειθοῦς, ὦ Ἄπολλον, κρυπταί εἰσι τῶν ἱερῶν συνουσιῶν αἱ κλεῖς. ἐν θεοῖς γὰρ καὶ ἀνθρώποις, ὁμοίως ἐστὶ τοῦτο. ἀφροντίζων γὰρ ἡμῶν ἕκαστος, αἰσχύνεται ἐκ τοῦ φανεροῦ, περὶ ἀφροδισίων διαλέγεσθαι. ἢ οὕτως. αἰσχύνονται γὰρ οἵ τε ἄνδρες καὶ οἱ θεοὶ τοπρῶτον, ἐκ τοῦ φανεροῦ τῆς ἡδείας κοίτης τυχεῖν. ἢ οὕτως. αἰδοῦνται, ὦ Ἄπολλον, οἵ τε ἄνδρες καὶ οἱ θεοὶ, φανερῶς τὸν ἔρωτα λέγειν.

ἐπῳδὸς δ'. κώλων ιδ'.

Καὶ γάρ σε, τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν,
Ετραπε μείλιχος ὀργὰ,
Παρφάμεν τοῦτον λόγον. Κού-
ρας δ' ὁπόθεν γενεὰν
Εξερωτᾷς, ὦ ἄνα; κύ-
ριον ὃς πάντων τέλος
Οἶσθα, καὶ πάσας κελεύθους,
Οσσά τε χθὼν ἠρινὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει, χὠπόσαι
Εν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι
Κύμασιν ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται,
Χὤ, τι μέλλει, χὤτε πό-
τ' ἔσσεται, εὖ καθορᾷς.
Εἰ δέ γε χρὴ καὶ παρ σοφὸν ἀντιφερίξαι,

στροφὴ γ'. κώλων ιε'.

Ερέω. Ταύτᾳ πόσις ἵκεο βᾶσσαν
Τάνδε, καὶ μέλλεις ὑπὲρ πόντου, Διὸς ἔξ-
οχον ποτὶ κᾶπον ἐνεῖκαι.

METAPH.

Namq; te, quē non fas-est mendaciū attingere,
Commovit blandus affectus
Eloqui hunc sermonem. Pu-
ellæ vero undenam *sit* genus
Interrogas, O Rex? cer-
tum qui omnium exitum
Nosti, & omnes vias,
Quotque tellus verna foli-
a emittat, quotque
In mari & fluviis arenæ
Fluctibus impetuque ventorum volvantur,
Quodque futurum-est, & unde
Futurum sit, bene perspicis.
Si tamen licet etiam cum sapiente *me* æquari,

METAPH.

Dico. Huic maritus *futurus* venisti vallem
In-hancce, & es trans mare, Jovis exi-
mium in hortum *eam* transportaturus.

PARAPHRASIS.

Enimvero morum tuorum comitas & mansuetudo, te quem nemo possit fallere mentiendo, impulit ut hæc me ignoris causa interrogares. Quorsum vero, ô rex, quæris ex me quinam sint hujus puellæ parentes? tu qui rerum omnium quæ in vita geruntur, exitum nosti: tu qui rerum gerendarum vias omnes intelligis, tu qui foliorum vere nascentium scis numerum: tu qui innumeræ arenæ in maris & fluviorum littoribus jacentis numerum compertum habes: tu qui præsentia & futura recte cernis? Sed si licet mihi in arte divinandi vati sapienti & doctissimo æquari, & ostendere mihi æque atque tibi vatum Deo rei hujus eventum esse præcognitum, dicam quæ præsentio. Nimirum hanc in Pelii montis vallem venisti futurus hujus nymphæ maritus, & eam per mare transportaturus in amœnos Libyæ campos ubi colitur Jupiter Ammon.

NOTÆ.

76 Ετραπε] Lon. ἀνέπεισε. Μείλιχος ὀργὰ] Lon. reddidit. Blandula ratio, adeoque mansuetudo & humanitas tua. 78 Syntaxis: ἐξερωτᾷς γενεὰν κούρας, ὁπόθεν [sc. ἡ γενεὰ] ἐστί. Vide Ol. 14, 32. οὐδ' ὁπόθεν ἐστί κ. λ. Vel est Articuli dissimulatio, qui Adverbio junctus illud in Nominis significatum mutat, ἐξερωτᾷς [τὴν] ὁπόθεν γενεὰν, h. e. Originem Cujatem. Schmidio, vel undenam ejus origo sit deducta. Posteriori modo detorquentur verba. 80 Κύριον τέλος] Lon. Peculiarem summam & finem. 82 Ηρινὰ refertur ad φύλλα, non ad χθὼν, ut ex ultima brevi colligitur. 84 Θαλάσσῃ MS. γ. per errorem scribæ, qui τὸ ι subscribendum, quod in plurimis MSS. in ipsa linea cum cæteris, minori tamen forma, descriptum habetur, huic voci adscripsit. 86 Χ' ὥτι πόθεν Editt Schmidius ex conjectura emendavit, Χὠπόθεν, vel Χὠππόθεν, vel χ' ὁππόθεν. Nos ex MS. γ. restituimus metrum. 89 Ικεο] Lon. reddidit. Adis, In Imperativo, secutus expositionem Schol. παραγενοῦ· ideoque ad βᾶσσαν, καταλιπὼν vult subaudiri, quasi velit Chiron. Adsis hic maritus, valle hac relicta, h. e. Abi hinc, & rape puellam. Schmid. vero aliique volunt esse, Vaticinium, non jussum. Loquitur enim, tanquam præsciens, de futuro: non tanquam suadens aut jubens, de faciendo.

[Καὶ γάρ σε, τὸν οὐ θεμιτόν.] καὶ γὰρ σὲ ὃν οὐ θεμιτόν, φησιν, οὐδὲ δυνατὸν ψεύσασθαι, παρέτρεψεν ὁ πρᾳότης σου ὥστε ἐρωτᾷν με περὶ τοῦ Κυρήνης γένους, καὶ τῆς μίξεως. καὶ γὰρ εἰδότι ἀκριβῶς πάντα. ἢ οὕτως, ἡ αἰδὼς ἐποίησέ σε τὸν μάντιν πυνθάνεσθαι, ὃν οὐδεμία διαφεύγει ἀλήθεια. πάντα δὲ τὰ μέλλοντα προγινώσκεις. [Κούρας δ' ὁπόθεν γενεάν.] ὁ λόγος ἠθικός. ἐμὲ ἐρωτᾷς, ὦ δέσποτα Απολλον, πόθεν τῆς κόρης ἡ γέννα, καὶ τίνες οἱ γονεῖς; ὅστις πάντων τῶν ὑπὸ τὸν βίον οἶδας τὸ τέλος, καὶ πάσας τὰς ὁδοὺς, καὶ ὅσα ἐν τῷ ἔαρι φύλλα ἀναφύει. [Χ' ὥτι μέλλει ἔσσεται.] καὶ πόθεν τὴν ἀρχὴν μέλλει λαμβάνειν, καλῶς καὶ ἀπταίστως καθορᾷς. ἀπὸ κοινοῦ, ὃς ταχὺ πάντα οἶδας καὶ δύνασαι, ἐμὲ περὶ τῶν τῆς κόρης γονέων ἐρωτᾷς. [Εἰ δὲ χρὴ καὶ πὰρ σοφὸν ἀντιφερίξαι.] εἰ δὲ χρὴ καὶ σοφῷ σοι ὄντι ἐξισωθῆναι, ἐρῶ. ἢ οὕτως. εἰ δὲ χρὴ ἐξισωθῆναί σοι, καὶ μαντεύεσθαι ὡς σὺ μαντεύῃ, ἐρῶ. [Ικεο βᾶσσαν τάνδε.] παραγίνου ταύτῃ πόσις. ταύτην τὴν βᾶσσαν, τὸ σπήλαιον. ἔξωθεν δὲ, τὸ, καταλιπών. μέλλεις γὰρ αὐτὴν διὰ τοῦ πόντου, εἰς τὸν τοῦ Διὸς ἔξοχον κῆπον ἐνεγκεῖν. λέγει δὲ τὴν Λιβύην Διὸς κῆπον, διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ Αἰγύπτῳ. ἢν Διὸς τέμενος, οἱ ποιηταί φασιν. ἢ διὰ τὸ, τὸν Αμμωνα Δία νομίζεσθαι, Αμμων Ολύμπου δέσποτα φησί. καὶ πάλιν Διὸς ἐν Αμμωνος θεμέθλοις. Αμμωνος δὲ ἡ Λιβύη. [Αλλως.] πῶς Διὸς κῆπος ἡ Λιβύη; ὅτι δοκεῖ ὡς Ζεὺς ἐν Λιβύῃ Αμμων τιμᾶσθαι. ὡς Φησὶ ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγγράψας· Ζεῦ Λιβύης Αμμων κερατοφόρε, κέκλυθι μάντι.

[Εὐθὺ

Ενθά νιν ἀρχέπολιν	Ibi eam civitatis-reginam
Θήσεις, ἐπὶ λαὸν ἀγείρας	Constitues, populum ubi-adduxeris
Νασιώταν, ὄχθον ἐς ἀμ-	Insularem, in collem campis-un-
φίπεδον. Νῦν δ' εὐρυλείμων	dique-cinctum. Nunc autem spatiosa-pratis
Πότνιά σοι Λιβύα	Veneranda in-gratiam-tui Libya
Δέξεται εὐκλέα νύμφαν	Suscipiet gloriosam Nympham
Δώμασιν ἐν χρυσέοις	Ædibus in aureis
Πρόφρων· ἵνα οἱ χθονὸς αἶσαν	Prompta: ubi eam terræ parte
Αὐτίκα, συντελέθειν	Statim, ut iisdem-cum-ea-utatur
Ἔννομον, δωρήσεται,	Legibus, donabit,
Οὔτε παγκάρπων φυτῶν	Neq; omnis-generis-fructus-ferentiũ plantarũ
Νήποινον, οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν.	Expertem, neque nesciam ferarum.
ἀντιστροφὴ γ'. κώλων ιε'.	METAPH.
Τόθι παῖδα τέξεται, ὃν κλυτὸς Ἑρμᾶς	Ibi filium pariet, quem inclytus Mercurius
Εὐθρόνοις Ὥραισι, καὶ Γαίᾳ, ἀνελὼν	Pulchrithronis Horis & Terræ, susceptum
Φίλας ὑπὸ ματέρος, οἴσει.	Chara à matre afferet.
Ταὶ δ' ἐπιγουνίδιον	Illæ vero genibus-insidentem
Κατθηκάμεναι βρέφος αὐταῖς,	Deponentes infantem sibi,

PARAPHRASIS.

Eo transportatam constitues civitatis dominam, cujus in colle campis undique cincto extructæ cives colliges ex colonia quam Battus è Thera insula adducet. In præsentia autem latis clara pratis Libya propenso in te animo, illustrem hanc nympham pretiosis ædibus excipiet, eique proprii soli partem, in qua reperitur plantarum omnigenos fructus ferentium, & ferarum ad venationem exercendam copia, statim dabit, ita comparandam & componendam ut bonis legibus regatur. Ibi Cyrene Nympha, in Cyrene nimirum urbe filium Aristæum tibi pariet, quem à chara matre traditum & acceptum Mercurius feret & tradet Horis pulchras sedes habentibus, & Telluri, quæ suis genibus imposito puero

NOTÆ.

92 Ἀρχέπολιν] Urbi imperantem, sicut ἀρχέλαος est Populo imperans. Lon. Substantive accipit vertens, Principem ei civitatem statues: quasi ἡ ἀρχέπολις esset, Metropolis, vel civitas primaria. Unde νιν in Dativo accipere oportuit. 94 Νησιώταν. γ. 97 Εὐκλέα hab. Impressi omnes. Propter futuram nominis celebritatem; quando hoc nomine vocabitur Urbs Cyrene. 100 Συντελέθειν ἔννομον] Ut una sit cum ea ἔννομος, Neutraliter: h. e. ut iisdem cum reliqua Libya legibus utatur, vel ut legitima fiat hæres cum aliis: Lon. redd. Qua [χθονὸς αἶσα] frui ilico possit legitime. Vulg. hab. Ut eam efficiat legum observatricem, quasi esset à τελέω συντελέθειν, ut & Schol. interpretatur. Τελέθω vero est, Sum, ut omnes norunt. Paraphrastes συντελέθειν legi posse monet, quod an rectum sit judicium viderint alii. 103 Νήποινον] Destitutam beneficio vel commodo. Ποινὰ sæpe Præmium vel Honorem sonat. P. 1, 113. Ἀγνῶς] Interdum Passive, Ignotus: interdum Active, Ignarus; aliquando Neutraliter, Expers, ut hic intelligit Schmid. Portus in suo Lexico, Active, quasi non ignara sit Libya (sumpta pro Gente Libyca] ferarum, quarum magnam copiam videt, atque cognoscit. Γαίᾳ] Tanquam Proaviæ, ut Schol. vel potius ἀπομάμμῃ, Abaviæ, ut Schmidius ex Genealogia. 108 Θηκάμεναι Edd. Quod cum Schmid. rejiciendum recte docuisset, ex conjectura reposuit ἀνθηκάμεναι. MS. γ. vocem hic desideratam nobis exhibuit.

[Ἔνθά νιν ἀρχέπολιν.] ἡ γὰρ πόλις ἀπ' αὐτῆς Κυρήνη κληθήσεται. ἔνθα αὐτὴν, φησὶν, ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν μέρος τῆς Λιβύης, δέσποιναν ἀποδείξεις, τὸν ἐκ Θήρας ὄχλον ἀναστήσας, καὶ συναθροίσας. [Ἀμφίπεδον] δὲ ὄχθον εἶπε τὴν Κυρήνην, ἀλλὰ τὸ αὐτὴν μὲν ἐπ' ὄχθου ἱδρύσθαι. περὶ αὐτὴν δὲ πεδιάδα εἶναι. ἀμφίπεδον δὲ λέγεται, τὸ, ἑκατέρωθεν πεδία ἔχον. [Νῦν δ' εὐρυλείμων.] ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος αὐτὴν, ἡ πλατεῖς ἔχουσα λειμῶνας Λιβύη, ὑποδέξεται τὴν † εὔδοξον νύμφην, ἐν τοῖς τιμίοις αὐτῆς οἴκοις μετὰ προθυμίας. ἔνθα αὐτῇ τὴν μερίδα τῆς γῆς εὐθέως κατασκευάζειν καὶ οἰκονομεῖν, εὐκόλως καὶ δικαίως παράσχοι, οὔτε πολυκάρπων φυτῶν ἄμοιρον, οὔτε ἀνεπιγνωστον θηρίων. τουτέστι, πολύθηρον. [Ἵνα οἱ χθονὸς αἶσαν.] ὅπου τῆς ἰδίας γῆς μέρος δωρήσεται ἡ Λιβύη τῇ Κυρήνῃ, οὔτε φυτῶν ἀπεστερημένην, οὔτε ἔξω κυνηγεσίων. [Συντελέθειν.] ὥστε συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ. ὥστε συναπλοῦσθαι καὶ συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν κατασκευήν. ἢ συντελοῦσαν αὐτῇ ἐν τοῖς νομαῖς καὶ νεμήσεσιν, συναύξουσαν αὐτῇ, καὶ τὰς φυτείας, καὶ τὰ κυνηγέσια. ἔνθηρος γὰρ ἡ Λιβύη. [Φυτῶν νήποινον.] κυρίως μὲν, τὸ ἀνεκδίκητον. νῦν δὲ, τὸ ἄμοιρον, καὶ ἄπειρον. [Τόθι παῖδα τέξεται.] ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ Κυρήνῃ, ἡ Κυρήνη τέξεται παῖδα. λέγει δὲ τὸν Ἀρισταῖον. ὅντινα ὁ ἔνδοξος Ἑρμῆς ἀνελὼν καὶ λαβὼν παρὰ τῆς μητρὸς, οἴσει καὶ δώσει τρέφειν Ὥραις. καὶ Γῇ δώσει, ὡς προμάμμῃ τοῦ παιδός. ἡ γὰρ Κρέουσα ἡ Ναῒς Γῆς παῖς οὖσα, ἔτεκε τὸν Ὑψέα, τὸν πατέρα τῆς Κυρήνης. [Ὥραισι καὶ Γαίᾳ.] καλῶς τῇ Γῇ δίδωσιν, ἐπεὶ καὶ ἐκ Γῆς δίδωσι καταφέρειν τὸ γένος. Γῆς γὰρ Κρέουσα· ἧς Ὑψεὺς οὗ, Κυρήνη ἧς, Ἀρισταῖος. [Ταὶ δ' ἐπιγουνίδιον.] αἱ δὲ Ὧραι καὶ ἡ Γῆ, ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν γόνασι θεῖσαι τὸν Ἀρισταῖον, καὶ θαυμάσασαι τὸ βρέφος, ἐνστάξουσι τοῖς χείλεσι νέκταρ καὶ ἀμβροσίαν. καὶ ποιήσουσιν αὐτὸν ἀθάνατον, ὥσπερ Ζῆνα καὶ Ἀπόλλωνα. ἵνα τὸ ὥσπερ, ἔξωθεν ὑπακούσωμεν.

† Alias ἔνδοξον.

[Ἀνδράσι

Νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμ-
βροσίαν στάξοισι, θήσον-
ταί τέ νιν ἀθάνατον
Ζῆνα, καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα,
Ανδράσι χάρμα φίλοις,
Αγχιστον ὀπάονα μήλων,
Αγρέα καὶ Νόμιον
Τοῖσδ᾽ Ἀρισταῖον καλεῖν.
Ως ἄρ᾽ εἰπὼν, ἔντυεν
Τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευτάν.

ἐπῳδὸς γ'. κώλων ιδ'.

Ωκεῖα δ᾽ ἐπειγομένων ἤδη Θεῶν
Πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι.
Κεῖνο κεῖν᾽ ἆμαρ διαίτα-
σεν. Θαλάμῳ δὲ μίγεν
Εν πολυχρύσῳ Λιβύας·

Nectar labiis & am-
brosiam instillabunt, faci-
entque ipsum immortalem,
Ceu Jovem & sanctum Apollinem,
Viris gaudium amicis,
Proximum pedissequum ovium,
Ut Venatorem & Pastoralem
Propter-hæc Aristæum vocent.
Sic sane locutus, instigavit *eum ut*
Jucundum nuptiarum perficeret exitum.

METAPH.

Celer autem *est* properantium jam Deorum
Actio, viæque breves.
Illud illa dies pere-
git. Thalamo vero commixti sunt
In precioso Libyæ :

PARAPHRASIS.

nectar & ambrosiam in os instillabunt : & non secus ac Jovem castumque Apollinem reddent immortalem. Hoc est, à magistris agriculturæ præcepta accipiet, horas annique tempora observabit, Telluris indolem explorabit & cognoscet, unde tam excellens agricola evadet, ut ob eam scientiam, quemadmodum ob alia Jupiter & Apollo, nomen immortale consequuturus sit, & divinos honores ab hominibus accepturus, qui artis ejus utilitate gaudebunt, & pecoris proximum agilemque comitem Aristæum Venatorem & Pastorem nuncupabunt. Sic loquutus Chiron, eo vaticinio compulit Apollinem, ut se compararet ad perficiendas nuptias jucundas, quas se optare declararat. Itaque siquidem festinantes Dii rem susceptam ex animi sententia confestim ad finem perducunt, viamque ad res gerendas brevem adinveniunt, eadem die Apollo vaticinium Chironis peregit, Cyreuen videlicet per mare in Libyam transportavit : ibique pretioso in lecto congressi sunt,

NOTÆ.

111 Μιν leg. Impressi. 115 Αγρέα καὶ Νόμιον] Hæc nomina statim ab ipsis nutricibus Nymphis ei imposita scrib. Diod. Sic. lib. 4. Interpres Apoll Αγρέα dictum putat, quod in agro cum Cyrene ejus matre rem habuerit Apollo. Justin. l. 13. dicit, Cyrenes filios præter Aristæum fuisse, Nomium, Agreum & Autuchum. 116 Ἀρισταῖον] Diod. Sic. ibidem ait, Τήν τε τοῦ γάλακτος πῆξιν, καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν σμηνῶν, καὶ τῶν ἐλαιῶν τὴν κατεργασίαν διδάξαι πρῶτον τοὺς ἀνθρώπους. Διὰ δὲ τὴν ἐκ τούτων τῶν εὑρημάτων, τοὺς εὐεργετηθέντας ἀνθρώπους τιμῆσαι τὸν Ἀρισταῖον ἰσοθέοις τιμαῖς. Idem l. 3. vocat eum ἄνδρα συνέσει καὶ σωφροσύνῃ καὶ πάσῃ παιδείᾳ διαφέροντα. Idem ovium pasturam homines docuit, & ut Autor laudatus l. 4. addit. Pestem fugavit, & tandem in Thracia Orgia didicit, ubi etiam disparuit, & pro Deo cultus fuit. 116 Τοῖσδ᾽] Pro ἐπὶ τοῖσδε. Vulg. habet, Ut ipsi eum appellent Aristæum. 117 Εντυεν] Vulg. Hortabatur, Schmid. Instruebat, præparabat. Lon. In causa erat. 121 Lon. utrumque κεῖνο ad ἆμαρ refert, vertens, Illa illa dies rem peregit. Διαίτησεν MS. γ. Arbitri instar rem composuit, Schmid.

χαλεπὰ ἔρις N. 10, 135.
χαλινὸν, Αργῦς ἄγκυραν P. 4, 44. λύοι ἐρατὸν παρθενίας ὑφ' ἥρωϊ ἐν διχομηνίδεσσι ἑσπέραις I. 8, 95. χρυσάμπυκα O. 13, 93.
χαλκοῦ λεπτοῦ διανισσόμενον P. 12, 44.
χαλκῷ πολιῷ, P. 3, 85. & 11, 30.
χαλκὸν, ἤλασε ἐν πλευραῖσι N. 10, 131. μυείον N. 10, 84.
χάλκεος, ἀγὼν N. 10, 41. Αρης O. 10, 19. ὐρανὸς P. 10, 42. ὐρανὸς αἰεὶ μένει N. 6, 6.
χαλκέας λόγχας αἰχμᾷ N. 10, 113.
χαλκέῳ, Αρει ἆδον I. 4, 24. ταύρῳ καυτῆρα Φάλαριν P. 1, 185.
χάλκεον, ὅμαδον ἀμφέπειν I. 8, 54. ἔγχος O. 1, 123.
χαλκέοις, ἀκόντεσσιν P. 9, 37.
χαλκέαις ὅπλαις ἀράσσεσκον P. 4, 402.
χαλκέοις ὅπλοις N. 1, 77. & 10, 26. ὅπλοισιν N. 9, 51.
χαλκοῖσιν ἔντεσι O. 4, 34.
χάλκευε γλῶσσαν πρὸς ἄκμονι ἀψευδεῖ P. 1, 167.
χαλκωθεὶς ἔπαιζεν O. 13, 123.
χαλκεομίτρα Κάστορος φωνὰν ἀνέλυσε N. 10, 170.
χαλκάρματος πόσις Αφροδίτας P. 4, 155.
χάλκασπις Αρης I. 7, 35.
χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν P. 9, 1.
χαλκάσπιδες πρόγονοι O. 9, 80.
χαλκελάτῳ πελέκει O. 7, 66.
χαλκεντέος πολέμυ μναστῆρα N. 1, 24.
χαλκεντέων Αἰολέων στρατὰν N. 11, 45.
χαλκοάραν Μέμνονα I. 5, 51.
χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων I. 4, 108.
χαλκόγενυν ἄγκυραν P. 4, 42.
χαλκοδάμαντ' ἀκόναν πέτραις ἐν ἄλλαις I. 6, 108.
χαλκοκρότυ Δαμάτερος I. 7, 3.
χαλκοπάραον ἄκοντα, P. 1, 84. N. 7, 105.
χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν I. 7, 62.
χαλκοτόξων Αμαζόνων N. 3, 64.
χαλκοτόροις ξίφεσι P. 4, 261.
χαλκοχάρμαν πόλεμον I. 6, 39.
χαλκοχάρμαι ξένοι P. 5, 109.
χαμαὶ, καββὰς ἀφ' ἁρμάτων N. 6, 87. πιτνεῖ P. 8, 133. σιγᾷ καλύψαι N. 9, 15.
χαμαιγενέων τὶς ἀνθρώπων P. 4, 175.
χαμαιπετὲς ἔπος P. 6, 37.
χαμαιπετέων λόγων O. 9, 19.
χαμαιπετοῖσαν γνώμαν N. 4, 66.
χαμηλὰ πνέων P. 11, 46.
χαράσσοισα νῶτον στρωμνὰ P. 1, 54.
Χαριάδαις N. 8, 79.
χαρίεντα πόνον N. 3, 30.
χάριεν μέλος P. 5, 143.
Χαρικλοῖς P. 4, 182.
χάρις, O. 1, 48. ἀδεῖα ἔνδον μιν ἔκνιξεν I. 6, 74. αἰδοία O. 6, 128. ζωθάλμιος O. 7, 19. παλαιὰ εὕδει I. 7, 24. προφῶτα ναυσιφορήτοις ἀνδράσι P. 1, 65. Φερενίκου O. 1, 29. φίλων ἄγε P. 2, 32.
χάριν, O. 1, 121. & 8, 11. ἄγων O. 2, 20. Αθηναίων P. 1, 148. ἀναπάοσει O. 10, 115. Διὸς P. 3, 168. Ζηνὸς N. 1, 7. εἰ ἀνέκραγον νικῶντι N. 7, 110. ἐμὰν ποιπνύων P. 10, 101. ἐπωνυμίαν O. 10, 95. ἐρέω O. 8, 75. Θήβαις P. 11, 20. κεδνὰν συγγόνων O. 8, 105. κοινὰν P. 5, 137. κρατίσταν πορὼν P. 11, 90. παραιτεῖται N. 10, 56. συμποσίυ O. 7, 8. τερπνὰν ἀποστάζων I. 4, 124. φερέτω O. 10, 21. φίλαν O. 10, 16. φόρμιγγος ἄθρησον P. 2, 129.
Χάριτες, O. 14, 4. N. 10, 2.

ἠΰκομοι φλέγοντί σε P. 5, 60.
χάριτες, Διονύσου O. 13, 26. κοιναὶ O. 2, 90. τούτων ἐξυφαίνονται τιν P. 4, 490.
Χαρίτων, P. 2, 78. ἄρουραν P. 6, 2. ἄωτον προνέμειν Αἰγίνᾳ I. 8, 36. ἑκὰς P. 8, 30. καλλίστᾳ δεόσω ἄρδοντι πέτραν I. 6, 93. κελαδεννᾶν φέγγος P. 9, 158. κᾶπον ἐξαίρετον O. 9, 39. ὁμάδῳ φλέγεν N. 6, 65. πόλει καλλιχόρῳ P. 12, 46. τύχᾳ N. 4, 12.
Χαρίταν ἄτερ σεμνᾶν O. 14, 11.
χαρίτων, ἀμφοτέραν I. 1, 6. ἕκατι O. 4, 14.
Χαρίτεσσιν, N. 9, 129. βαθυζώνοισιν P. 9, 3. καὶ Τυνδαρίδαισι ἕπεται N. 10, 71.
χαρίτεσσιν, ἀγαναῖς βαστάζειν I. 3, 14. κλειναῖς ἀραρὼς I. 2, 29.
χάρισιν I. 5, 26.
χάρισσιν ξανθαῖς N. 5, 99.
χάριτας διδύμας, ὑγίειαν καὶ κῶμον P. 3, 127.
χάρμαι δύ' ἄλλαι O. 9, 129.
χάρμα, οὐκ ἀλλότριον, νικαφορία πατρὸς P. 1, 114. ἐπάξιον πάντων N. 7, 130. ἀνδράσι P. 9, 113. ἄπονον ἔλαβον O. 10, 26. ἐπιχώριον κελαδέων N. 3, 116. καλλίνικον ἀγαπάζοντι τιμαὶ I. 5, 69.
χαρμάτων, ἐσλῶν O. 2, 35. μέγιστον ὤπασας P. 8, 92.
χάρματα, ἔθηκε O. 2, 179. ἐνέβαλεν O. 7, 80.
χατίζει ἑρμηνέων O. 2, 154.
χαῦνον τέλος ἐλπίδων N. 8, 78.
χαύνᾳ πραπίδι P. 2, 112.
χειᾷ ὕπο δάμασεν ἥβαν I. 8, 153.
χείλεσι P. 9, 109.
κεχείμανται φθόνῳ φρένες P. 9, 57.
χειμέριος ὄμβρος P. 6, 10.
χειμερία κατάπνοᾳ P. 5, 162.
χειμερίᾳ νυκτὶ O. 6, 171.
χειμέριον, ζόφον ποικίλων μηνῶν I. 4, 29. ὄμβρον P. 5, 12. πῦρ P. 4, 473.

χειμῶνος I. 7, 53.
χειμῶνι, ἐν, πρὸς ἀκταῖς Νείλου I. 2, 62. παρθόμενοι P. 3, 89.
χειρόνων ἀνδρῶν τέχνα ἔσφαλλε κρέσσονα I. 4, 56.
χειρόνεσσι οὐκ ἐρίζει N. 8, 38.
Χείρων, ἄλαλκε N. 4, 98. σώφρων ἔναι' ἄντρον P. 3, 112.
Χείρωνος, ἄντρον ἄφθιτον I. 8, 90. διδασκαλίαν οἴσειν φαμὶ P. 4, 181.
Χείρωνα, προσέννεπε P. 9, 49. Φιλλυρίδαν ζώειν ἀποιχόμενον P. 3, 1.
Χείρων βαθυμῆτα N. 3, 92.
χειρὸς, ἕλκων ὀπίσσω N. 11, 42. ἐπιδέξια P. 6, 19.
χερὸς, ἀλκᾷ O. 10, 121. ἰὼν ἀμφοτέρας N. 7, 139. τεᾶς O. 8, 56.
χειρὶ, ἄριστος N. 8, 13. διώξει βέλος I. 8, 73. πολεμίᾳ N. 4, 90. χεῖρ' ἀντερείσαις P. 4, 65.
χερὶ, N. 1, 79. ἀφύκτῳ κλονέων I. 8, 141. διδύμᾳ P. 2, 17. ὀρθᾷ O. 10, 7. χειρὸς ἑλὼν παρθένον P. 9, 216.
χεῖρα, ξυσίδιφρον I. 2, 31. φράξαι ἔρνεσι Ολυμπιάδων I. 1, 95.
χέρα, ἀφθονέστερον O. 2, 172. κυκλώσαις O. 10, 87. μαλακὰν προσβάλλοντα P. 4, 482. οἱ προσενεγκεῖν κλυτὰν P. 9, 62.
χεροῖν βέλεα καρτύνειν O. 13, 135.
χεῖρες καὶ ἦτορ ἴσον O. 4, 38.
χειρῶν, ἄωτον O. 8, 99. κρατερᾶν Κλυταιμνήστρας P. 11, 27.
χερῶν, ἀλκᾷ O. 2, 114. βίαν ἐπαινῆσαι N. 5, 34. καὶ ἰσχὺς ἀνίοχον N. 6, 110. σθένει N. 10, 90.
χείρεσσι, O. 10, 73. λαβὼν φιάλαν P. 4, 343.
χείρεσσιν θανέμεν P. 4, 128.
χερσὶ, ἄθυρεν ἔργα θαμινὰ N. 3, 78. ἀμέροις ἀνάγκας N. 8, 5. βιαταὶ ἔφυν P. 1, 81. δεξιὸν I. 5, 77. καὶ ψυχᾷ τρέψαι N. 9, 92. νικάσαντα I. 5, 11. ξίφεσι P. 3, 100.

χερσὶν, P. 10, 36. I. 1, 33. ἀγαναῖσιν P. 2, 14. ἑαῖς ἀφύκτοις μάρψαις N. 1, 68. ἐν, φανεὶς χρυσὸς P. 3, 98. οὐκ ἀλλοτρίαις νωμάσαντ' ἀνία I. 1, 20. οὐ φείσατο νευρᾶς I. 6, 50. τίναξε O. 9, 45.
χεῖρας, ἀμάχους ἀντείνας οὐρανῷ I. 6, 60. ἀντεῖναι O. 7, 119. ἐναλίγκιον Ἄρει I. 8, 82. ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι N. 3, 108. ἱμάντι δεθεὶς N. 6, 60. πίτναντ' ἐς αἰθέρα N. 5, 20. φίλας ὤρεγον ἑταῖροι P. 4, 426.
χέρας ἀναπλέκοντι O. 2, 135.
χεράδι παμφόρῳ P. 6, 13.
χειραρᾶν τεκτόνων P. 5, 47.
χερμάδι τηλεβόλῳ P. 3, 86.
χέρσῳ, O. 12, 15. N. 1, 95. κονίᾳ N. 9, 103.
χέρσον Εὐρώπαν N. 4, 115.
χερσόθεν O. 2, 132.
χεύμασιν Σκαμάνδρου ἀσχοῦ N. 9, 94.
κέχυται σπέρμα ἐν νάσῳ P. 4, 75.
χυτὸν νέκταρ O. 7, 12.
χθὼν, ἅτε I. 4, 31. ὅσσα φύλλ' ἀναπέμπει P. 9, 82.
χθονὸς, O. 7, 54. αἶσαν P. 9, 99. ἐριβρόμου ὀμφαλὸν P. 6, 3. εὐρυκόλπου ὀμφαλὸν N. 7, 50. εὐκάρπου ἀερσεύοισαν N. 1, 20. πολυμήλου καὶ πολυκαρποτάτας [Λιβύας] P. 9, 13.
χθονὶ, ἔρεισον ἄγκυραν P. 10, 80. καλύψαιμι γυῖα N. 8, 65.
χθόνα, N. 6, 81. δατέοντο O. 7, 102. ἀράσσοισκον ὁπλαῖς P. 4, 403. ταράσσοντες O. 2, 113. βαθύστερνον σχίσεν κεραυνῷ Ἀμφιάρηϊ N. 9, 59. εὐδείελον Ἰωλκοῦ P. 4, 137. μέλαιναν O. 9, 76. πάγκαρπον I. 4, 70.
χθονίᾳ φρενὶ P. 5, 136.
χθόνιον Ἀΐδα σῶμα P. 4, 77.
χθονίων μᾶνιν ἀφελεῖν P. 4, 283.
Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν O. 13, 128.
χιόνος ὀξείας τιθήνα Αἴτνα P. 1, 39.

χλιαρὸν γελάσαις P. 9, 66.
χλιδῶσα μολπὰ O. 10, 99.
χλωραῖς ἐέρσαις N. 8, 68.
χοιράδος πέτρας ἄλκαρ P. 10, 81.
χόλος παίδων Διὸς P. 3, 20.
χόλον, δείσαις Ξενίου πατρὸς N. 5, 61. οὐ φατὸν O. 6, 62.
χολωθεὶς, Αἴας ὅπλων N. 7, 37. Ἴδας ἀμφὶ βουσὶν N. 10, 112. Τλαπόλεμος O. 7, 54.
χορδαῖς Αἰολίδεσσι P. 2, 128.
χορὸς Μοισᾶν κάλλιστος ἀείδει Παλίῳ N. 5, 42.
χορὸν ἅπαντα ἔστασιν P. 9, 201.
χορὸν παρθένων P. 10, 59.
χορὸς κοιρανέοντι O. 14, 12.
χορδᾶν Φοῖβον I. 1, 8.
χορευτᾶν μάρτυρες, δύναις P. 12, 48.
χόρτοις λέοντος O. 13, 62.
χρεῖαι παντοῖαι ἀνδρῶν N. 8, 71.
χρέος, τὸ ἐν ποσί μοι ἰὸν τρέχον P. 8, 44. θεόδματον πράσσοντί με O. 3, 12. πράσσει P. 9, 181. κατήσχυνε βαθὺ O. 10, 10. μέλλον φυλάξαις O. 7, 74. τοῦτ' O. 1, 71.
χρεὼν, εἰ ἔστιν P. 3, 2. ἐμὲ φεύγειν P. 2, 96. αἰνῆσαι N. 11, 22.
χρὴ, γνόντα μαστευέμεν P. 3, 106. τραφέντα I. 8, 34. τυγχάνοντα εὖ πασχέμεν P. 3, 185. τιν εὐεργέτεσσιν I. 1, 60. πὰρ σοφὸν ἀντιφερίξαι P. 9, 88.
χρῆσεν ἱέρεα P. 4, 10.
χρησάμενος Πηλεὺς τέχναις N. 4, 94.
χρηθὲν παλαίφατον O. 2, 72.
χρησμὸς Μελίσσας ὤρθωσε P. 4, 106.
χρηστήριον θεῶν O. 6, 119.
χρῆσις ἀνέμων πλεῖστα O. 11, 2.
χρήστος ἀπ' ἐκείνου O. 13, 108.
χρήσαις σύν τε καὶ τῶν ἀμφὶ πόντῳ N. 1, 43.
χρῆμα, ἕκαστον οὐ σκαιότερον O. 9, 157. πὰν τὸ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ I. 8, 27. τεκμαίρει ἕκαστον O. 6, 124

χρήματα χρήματ' ἀνὴρ I. 2, 17.
χειὰς δῶκε P. 4, 395.
χειμαθέντα ἐκ γενύων P. 12, 37.
χερὶ θερμῷ N. 8, 49.
χερμὶς, ἅρμα N. 1, 8. δῶμα ὄλβιον N. 9, 6.
χερμίῳ κλησάμβροι N. 9, 124. ὑπασπίζων N. 9, 80.
χέρνος, ἀγχομένοις ψυχὰς ἀπέπνευσεν N. 1, 69. βαλών τινα ἀελπτία P. 12, 54. ἐπαντέλλων O. 8, 37. ἕρπων N. 4, 69. ἐφέρπων O. 6, 164. λοιπὸς ποτέρπει N. 7, 100. μέλλων ἐπιλαθὼν O. 10, 9. μόνος ἐξελέγχων ἀλάθειαν O. 10, 67. πᾶς εὐθύνοι P. 1, 87. πάντων πατὴρ O. 2, 32.
χρέους μοῖρα O. 7, 174.
χρόνῳ, O. 10, 101. P. 4, 460. & 519. & 8, 20. & 11, 48. & 55. ἄλλῳ O. 2, 69. αὐτε P. 3, 172. δευτέρῳ O. 1, 69. ἵκετο P. 4, 138. μικρῷ O. 12, 18. παντὶ O. 6, 59. σύμπεντι O. 6, 94. ὑστέρῳ P. 4, 97.
χρόνον, O. 10, 122. ἁλικίας O. 4, 42. ἅπαντα ζῶν ἡσυχίαν N. 1, 106. ἅπαντα O. 13, 36. πάντα I. 3, 10. ὅλον O. 2, 55. ὅλον ἔπειτα N. 3. 86. ὀλίγον N. 1, 57. μυείον I. 5, 36. τὸν προσέρποντα P. 1, 110. πατεῖν O. 1, 185. δαμαλίζοι P. 5, 163.
χρονία, ἡ ἀρετὴ, τελέθει ἀοιδαῖς P. 3, 204.
χρονιώτερον βιοτεύει ῥῆμα ἐργμάτων N. 4, 10.
χρονιώτατον φάος O. 4, 16.
χρυσὸς, ἐν βασάνῳ πρέπει πειρῶντι P. 10, 105. ἔξοχα πλούτου O. 1, 2. ἑψόμενος ἔδειξεν αὐγὰς N. 4, 133. κτεάνων αἰδοιέστατον O. 3, 76. φανεὶς ἔτραπεν μισθῷ P. 3, 98.
χρυσοῦ, ἄνθεμα φλέγει O. 2, 131. αὐτοφύτου P. 12, 29. φιάλαισι I. 1, 28.
χρυσῷ, νίφοντα I. 7, 6. περικίοναν φιάλαν I. 6, 58.
χρυσὸν, εὔχοντ' N. 8, 63. μεγασθενῆ νόμισαν πελώσιον ἄλλων I. 5, 3.

χρυσέας, ἐλαίας O. 11, 13. Νίκης I. 2, 39.
χρυσέῳ, θυσάνῳ αἰγλᾶεν κῶας P. 4, 411. δίφρῳ P. 9, 9. πλάκτρῳ N. 5, 44.
χρυσέᾳ, δάφνᾳ P. 10, 61. κόμᾳ θάλλων I. 7, 69.
χρύσεον, δίφρον O. 1, 140. σθένος ἀελίου P. 4, 257.
χρυσὸν δαμασίφρονα, χαλινὸν O. 13, 111.
χρυσέαν, Μοῖσαν I. 8, 11. ὑγίειαν P. 3, 129. φιάλαν P. 4, 343.
χρυσέα φόρμιγξ P. 1, 1.
χρύσεαι παῖδες, Θέμιτος O. 13, 10.
χρυσέων, αἰγίδι P. 4, 6. Νηρηΐδων N. 5, 14. οἴκων ἄναξ I. 4, 102. πεδίων P. 11, 6. ὅπλων N. 8, 46.
χρυσέοις, δόμοισιν οὐρανοῦ N. 10, 165. δώμασιν P. 9, 98. τόξοισιν P. 3, 16.
χρυσέοισι φύλλοις ἐλαιᾶν N. 1, 27.
χρυσέαις, ἵπποις O. 8, 67. ἐν ἕδραις P. 3, 167.
χρυσαῖς νιφάδεσσι O. 7, 64.
χρυσέαισι ἵπποις O. 1, 66.
χρυσέας κίονας O. 6, 1.
χρυσαλακάτα Λατοῦς N. 6, 62.
χρυσαλακάτοιο Ἀμφιτρίτας O. 6, 178.
χρυσαλακάτων Νηρηΐδων N. 5, 65.
χρυσάμπυκα, χαλινὸν O. 13, 92. Λάχεσιν O. 7, 118.
χρυσαμπύκων Μοισᾶν, P. 3, 158. I. 2, 2.
χρυσάορα Φοῖβον P. 5, 139.
χρυσάρματος μήνα O. 3, 35.
χρυσαρμάτου Κάστορος P. 5, 10.
χρυσάρματοι Αἰακίδαι I. 6, 27.
χρύσασπι Θήβα I. 1, 1.
Χρυσοθρόνου Κυράνας P. 4, 464.
χρυσόθρονον Ἥραν N. 1, 58.
χρυσόκερων ἔλαφον O. 3, 52.
Χρυσοκόμας [Ἀπόλλων] O. 6, 71. & 7, 58.
χρυσοπέπλου Μναμοσύνας I. 6, 110.
χρυσόραπις Ἑρμᾶς P. 4, 316.
χρυσοστεφάνοιο ἥβας, O. 6, 96. P. 9, 192.

χρυσοστεφάνων ἀέθλων O. 8, 1.
χρυσότοξον Ἀπόλλωνα O. 14, 15.
Χρυσοχαίτας Ἀπόλλων P. 2, 29.
χρωτὶ ἀσθενεῖ βαίνων P. 1, 107.
χρῶτα λάμπει [φάμα] I. 4, 40.
χυτὸν, υ. χεύμασιν.
χωλεύων P. 2, 159.
χῶταν P. 2, 160.
χώρας, P. 4, 485. ἄγαλμα ἕξει πόνον N. 3, 21. ἀκλαρωτὸν O. 7, 108.
χώραν, ἀλιερκέα O. 8, 34. πάγκοινον O. 6, 108. πθέμβω εὐάνδρον P. 1, 78.
χώρησεν ὁ Τυνδαρίδας ἐπ' ἀδελφεοῦ βίαν N. 10, 138.
χωρὶς Ἀθανάτων O. 9, 62.
χῶρος O. 3, 41.
χῶρον ἐὸν ἐρημώσασα [δρῦς] P. 4, 479.

Ψ.

Ψ Αλυχιαδᾶν πάτραν I. 6, 92.
Ψαμάθεια τίκτε N. 5, 23.
ψάμαθοι ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ὁπόσαι οἶδα P. 9, 84.
ψάμμος O. 2, 178.
Ψαύμιδος, δῶρα O. 5, 7. ὀχέων O. 4, 18.
Ψαῦμι O. 5, 53.
ἔψαυσας ὕμνων ποικίλων N. 5, 77.
ἔψαυσε Ἀφροδίτας O. 6, 58.
ψαύσει ἐν ἀμφί οἱ P. 9, 213.
ψᾶφον, διδοῖ ἀπ' αὐτᾶς P. 4, 472. ἑλισσομένᾳν O. 10, 13.
ψάφων ποντιᾶν ἀριθμὸν O. 13, 66.
ψάφοις κρυφίαισι N. 8, 44.
ψέγιον ὄαρον N. 7, 102.
ψεύδει, τέγξω O. 4, 28.
ψεύδει, αἰόλῳ γέρας ἀντέταται N. 8, 43. οὐ βαλὼν κενεὸν N. 1, 28. οὐ θεμιτὸν θίγειν Ἀπόλλωνα P. 9, 75.
ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων P. 2, 68.
ψευδέων, ἄγνωτον O. 6, 113. ἐνιπὰν O. 10, 7. οὐκ ἅπτεται P. 3, 53.
ψεύδεσι, ποικίλοις O. 1, 46.

ψεύδεσιν ἐχθίστοισι καλαμιάναις P. 4, 177.
ψευδέεσσιν οἱ ἔπεσι N. 7, 32.
ψευδῆ μεταμώνια O. 12, 8.
ψεῦδις μάρτυς N. 7, 72.
ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ O. 13, 72.
ψεῦσαν λόγον N. 5, 53.
ψεφηνὸς ἀνὴρ N. 3, 71.
ψιθύραν βροτοῖς παλάμαις P. 2, 138.
ψόγον ἀπέχων σκοτεινὸν N. 7, 90.
ψογερὸν Ἀρχίλοχον P. 2, 100.
ψολόεντα κεραυνὸν N. 10, 133.
ψυχᾷ, N. 9, 92. Ἀγαμεμνονίᾳ P. 11, 32. τλάμονι παρέμεινεν P. 1, 93. τλάσομαι P. 3, 72.
ψυχὰν, ἄκαμπτος I. 4, 89. ἀπ' ὠδίνων ἔχειν O. 2, 126. ἀπολιπὼν P. 3, 180. ἐὰν κομίξαι κέλεται P. 4, 284. τεὰν κομίξαι αὖτις N. 8, 76. πρὶ ἂν χάθησεν P. 4, 217. τελέων Ἀΐδᾳ I. 1, 99.
ψυχὰ φίλα P. 3, 109.
ψυχὰς, ἀπέπνευσεν μελέων, ἀγχομένοις N. 1, 70. ἔχοντες κρέσσονας κτεάνων N. 9, 77.
ψυχρᾶς αἰθέρος O. 13, 125.
ψυχρᾶν αὐρᾶν φάρμακον O. 9, 146.

Ω.

Ὠνα[illegible] I. 5, 6.
ὥρκεσίλα P. 4, 444.
Ὠαριωνείαν φύσιν ἔλαχε I. 4, 83.
ὠγυγίοις ὄρεσιν N. 6, 73.
ὧδε, εἶπε P. 8, 61. εἶπεν P. 4, 408.
ὠδῖνος ἐρατᾶς O. 6, 73.
ὠδῖνα, παρθενίαν κρύψε O. 6, 51. φέγγων παῖς Διὸς N. 1, 55.
ὠδῖσιν μόνοις P. 9, 149.
ὠκεανοῦ, P. 4, 45. πελάγεσσι P. 4. 447.
Ὠκεανοῦ θύγατερ O. 5, 4.
ὠκεανίδες αὖραι O. 2, 129.
ὠκὺς ἐν ποτανοῖς αἰετὸς N. 3, 139.
ὠκεῖα πρᾶξις Θεῶν P. 9, 119.
ὠκεῖαν πτέρυγα P. 1, 10.
ὠκέα βέλη O. 2, 150.

ὠκείας

Ω.

Ω.

Ω.

Omiſſa in Indice.

Ω.

ΤΕΛΟΣ.

INDEX AUTORUM

QUI IN SCHOLIIS GRÆCIS CITANTUR.

Prior numerus pag. alter column. posterior lineam columnæ designat.

--ἐν

ΤΕΛΟΣ.

PINDARI
OPERA OMNIA

VIZ.

OLYMPIA, PYTHIA, NEMEA, & ISTHMIA.

Latino carmine reddita per Nicolaum Sudorium in Curia Parisiensi Inquisitionum Præsidem.

IN OPERA
PINDARI

Præfatio ad Invictissimum & potentissimum Principem HENRICUM *Christianissimum Galliarum & Poloniæ Regem.*

QUANTUM momenti antiquitas esse existimaverit, Rex Christianissime & invictissime, ad hominum vitam regendam, moresque conformandos in gravi quadam & severa scelerum flagitiorumque vituperatione, recte autem & sapienter & fortiter factorum commendatione luculenta, satis indicant funebres illæ orationes olim in clarorum & illustrium virorum exequiis haberi solitæ, quæ & antiquissimis Græcorum legibus institutæ sunt & Romanorum moribus ita solemniter usurpatæ, ut sæpe ipsi imperatores Romani gentium omnium terrarumque domini, minime augusto illo majestatis suæ fastigio indignum esse duxerint: quibus in imperio successerant, eorum vitam resque præclare & feliciter gestas principali facundia exornare: sed Encomiorum omnium, sive ea mortuis fatoque defunctis, seu viventibus, tribuenda sint, duo quodammodo genera constitui possunt: quædam enim pedestri & soluta oratione explicantur, quædam vero carminibus & modis, numerosisque vocibus, quasi invecta & incitata violentius & vehementius ad hominum aures sensusque perferuntur. Prioris generis Panegyricas orationes multas, & græca lingua & latina sane pereleganter scriptas legimus: sub posteriori continentur Homerici omnes, Pindaricique hymni, quibus in theatris Græciæ, & celeberrimis quatuor conventibus, sæpissime decantatis, nihil quondam erudita illa natio nec attentius nec libentius audivisse dicitur. Atque hæ duæ laudationum species ut in plurimis conveniunt, sic etiam in nonnullis dissimiles inter se & discrepantes reperiuntur. Recte enim, ut multa alia, sic etiam hoc ipsum Cleanthes Philosophus dicere consueverat, eam scilicet differentiam esse inter solutam orationem & versum, quæ inter simplicem oris humani sonum, tubæque clangorem percipi ab omnibus & exaudiri soleret. Nam quemadmodum spiritus noster longe clariorem sonum edit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore novissime exitu effudit, sic animi nostri sensus clariores & sublimiores arcta illa constrictaque & modulata carminis necessitate redduntur. Ac nescio quo fato id accidisse dicam, Rex Christianissime & invictiss. ut quibus sæculis famosissima bella à potentissimis Regibus aut populis terra marique gesta sunt, iisdem etiam Poëtæ excellentes pæne divinitus excitati, & omnibus ingenii dotibus à natura subornati extiterint ad eas res quæ tum gerebantur versibus decorandas, & in æternam posteritatis memoriam propagandas. qua in re demonstranda nullum opinor ex profanorum scriptorum monumentis nec clarius nec antiquius argumentum erui potest vetustissima illa Græcorum expeditione in Colchos, cui militiæ cum certatim omnes qui tum appellabantur Deorum filii, nomen dedissent, illi ipsi, ut à veteribus traditum est, suum in numerum Orpheum poëtarum omnium principem & parentem aggregandum adscribendumque censuerunt, sine quo Oeagri & Musæ Calliopes filio labores omnes suos, quamvis admirabiles, temporis tamen injuria perituros, tandemque in obscuro futuros existimabant. Post res Colchicas sequutum est non longo sane intervallo bellum Trojanum, & ab iis fere ducibus administratum, quorum parentes sub Jasone vellus aureum armis repetente, ordines duxerant. Nec vero pa-

tribus ab Orpheo collaudatis filiorum gloriæ Phemius & Demodocus vates egregii excellentesque defuere, quos Homerus divinis carminibus suis id consecutos ait, ne unquam Achivorum vel victoriæ memorabiles vel ærumnæ insignes oblivione delerentur: quinetiam Homerum ipsum nonnulli authores Iliensis obsidionis bellique & scriptorem & spectatorem fuisse memoriæ prodiderunt. Cum vero bello Trojano victores Argivi sibi & decus eximium & otium diuturnum peperissent, postea non penitus quidem motibus intestinis & tumultibus caruere: sed nullo tamen vel formidoloso vel valde memorabili bello à Barbaris petiti sunt usque ad Darii Xerxisque Persarum regum imperia, qui generosi ambo & animosi principes cum dominationem & ditionem suam, ut scribit Herodotus, non montibus nec fluminibus ullis, sed cæli ambitu ipso definire & terminare statuissent, per legatos superbe admodum à Græcis universis aquam terramque poposcere, quorum elementorum non paucis utrumque porrigentibus & offerentibus, aliis autem libere admodum & fortiter denegare ausis, bellum illud Persicum longe omnium maximum & periculosissimum exarsit, quod diu varioque & ancipiti eventu gestum est, cunctis Asiæ Europæque populis in id unum omnes res & opes & copias suas, omnem denique vim virtutemque conferentibus: cum Persæ quidem præter innumeras Asiæ nationes & reges, ipsam etiam Carthaginensium civitatem Africæ tunc imperantem, in partes traxissent: Græci autem ad commune jus libertatis defendendum, non suorum tantum præsidia, sed Siculorum etiam & Italorum longinqua auxilia crebris legationibus missis solicitare & implorare cogerentur. Atque ab illis hoc tantum iniquæ servitutis discrimen tribus aut quatuor præliis pedestribus, egregiis sane & memorabilibus depulsum est, unaque potissimum valde insigni & illustri pugna navali Salaminia. Quo quidem tempore, ut ab antiquis accepimus, ne tot fortibus & bellicosis viris nullum pro patria, fortunarum vitæque discrimen recusantibus jucundi imprimis & graves & canori præcones deessent, Euripides poëta natus est, Æschylus non minus gloria militari quam poëtica facultate excellens floruit: Simonides, Archilochus, Bacchylides, viguere. Pindarus ipse, quem non immerito Horatius vatem ab Homero secundum constituit, lyricis numeris & carminibus suis fertur per universas nationes & gentes incredibilem quandam atque inauditam nominis celebritatem & claritatem consecutus. Sic autem, uti diximus, barbarorum copiis fusis fugatisque paulatim Græcia & corporum & ingeniorum exercitiis pertinaciter incumbens, vim illam potentiamque adepta est, qua tandem Persarum dominatio omnis impulsa & prostrata corruit. Alexandro Macedonum rege pulcherrimæ expeditionis longe præstantissimo Duce constituto: qui quidem, si antiquitati credimus, cum & bellandi cupiditate incenderetur, & incredibili quodam liberalium artium scientiarumque studio & amore flagraret, arma illa invicta toto orbe circunferens, non Centuriones tantum & tribunos & legatos fortissimos in comitatu habuit, sed Philosophos etiam complures & historicos nobiles, & poëtas celeberrimos scriptores rerum suarum: quorum tamen ingeniis divinius aliquid & sublimius desiderans eruditissimus Imperator, Achillem hoc uno sese feliciorem & fortunatiorem fuisse dixit, quod laudatissimo Homeri poëmate commendatus & celebratus ubique claruisset: nec sane injuria. Nam Herois inclyti fortitudo immortalitatem à poëta accepit, nulli temporum injuriæ nec casuum varietati obnoxiam. Alexandri vero imperium illud infinitum statim eo mortuo à proceribus in diversa regna quasi ingentis cujusdam corporis separata membra miserabiliter distractum & dissipatum est: quæ tandem omnia concidere subacta & occupata à Romanis gentium omnium terrarumque domitoribus & victoribus, apud quos ipsos bellicæ laudis & gloriæ appetentissimos, statim ab incunabulis conditæ urbis cum militari disciplina res quoque poëtica inventa & exculta est, & in summo honore ac pretio habita. Scripsit enim in Originibus Cato, Romanos illos Heroas antiquissimis in epulis accubantes clarorum & fortium virorum laudes versibus mandatas & compositas canere ad tibiam consuevisse. Ac cum in omni Romana historia nihil Scipionibus duobus illustrius, nihilque Juliis & Cæsaribus augustius reperiatur, in Scipionum monumento & sepulchro unum ex Italis omnibus Ennium Poëtam è marmore positum & constitutum accepimus. Julius autem Cæsar Augustus, qui magnitudine

rerum

rerum ſuarum terræ totius habitabilis imperium complexus eſt, Publium Virgilium Maronem non cognitione tantummodo dignum exiſtimavit, ſed præmiis etiam & honoribus ampliſſimis affecit: cui quidem tantæ & tam admirabili ſummi principis beneficentiæ gratiam Poëta omnium ætatum præſtantiſſimus referens, unum id clariſſimo Æneidos opere potiſſimum egit, & ſtuduit, ut Cæſares & Julios à nobiliſſimo Æneæ Julique ſanguine ortos, & jam inde ab infinita annorum ſerie univerſo terrarum orbi adminiſtrando per oracula ſorteſque antiquiſſimas deſtinatos oſtenderet. Itaque cum Homerus, ut nonnulli exiſtimant, ampliſſimam & maxime diuturnam Juliorum & Cæſarum potentiam in terris fore præſagiſſet his verſibus,

Η δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

illos ipſos ita in Æneiden ſuam Virgilius tranſtulit:

At domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Quod quidem ſi oraculum eſt, & non Romanæ jactantiæ commentum aliquod Iliadi artificioſe inſertum, non video cur id ipſum ad Romanos Æneadas tantum pertineat, neque ad Francos etiam Hectoridas eadem cum Ænea ſtirpe editos porrigi extendique poſſit. Cum præſertim Carolus Magnus, Rex Chriſtianiſſime & invictiſſime, proavorum tuorum longe clariſſimus Romanum imperium, trecenteſimum jam & trigeſimum annum in Italia proſtratum & jacens, ac barbarorum inſolentia miſere conculcatum erexerit, & ditioni ſuæ adjunctis Galliis, Hiſpaniis, Pannoniis, Germania, Italia, Britannia, Dalmatia, aliiſque Europeis gentibus bellicoſiſſimis, corroborarit, & quod longe omnium primum eſt, Chriſtianis ritibus & moribus veræque pietatis & juſtitiæ integerrima ſanctitate firmarit: quæ quidem rerum alienarum abſtinentiſſima, niſi invicti animi martios impetus ſeſe efferentes cohibuiſſet, perfacile tanto imperatori fuit Græcis otio diuturno languentibus & effœminatis, Orientales omnes provincias invadere, & cum Occidentalibus uno abſolutiſſimi imperii jure devincire. Ac ſi quis à poſterioribus Francorum imperatoribus & regibus Aſiam tot victoriarum veſtigiis ſigniſque impreſſam, Syriam ſubactam, Ægyptum oppugnatam, Africam perdomitam cogitet, is profecto intelliget nullas unquam regiones & terras Romanorum auribus patuiſſe, ad quas non Francorum quoque victores aliquando exercitus penetrarint & pervaſerint. Scio equidem hoc loco plures exiſtimaturos in veteribus Francis maximam rerum militarium curam, ſummamque liberalium artium & ſcientiarum incuriam fuiſſe. Quod contra omnino eſt: Ipſe enim cujus modo meminimus Carolus magnus Græca Latinaque lingua eruditus, nec Hebraicarum literarum ignarus, duo in orbe terrarum maxime inſignia Gymnaſia, Bononienſe ſcilicet & Lutetianum, inſtituit, eaque undique accerſitis & liberaliſſime invitatis ingenuarum artium literarumque omnium magiſtris & doctoribus inſtruxit & exornavit. Nec deſunt etiam qui ſcribant illum ipſum tot imperii regnique negotiis maximis implicitum & occupatum antiquiſſima quædam Gallorum carmina, quibus priſcorum Regum Ducumque res illuſtriſſimæ celebrabantur, emendaſſe & publice cantanda poſtea in vulgus edidiſſe. Præterea ſi Ammiano Marcellino credimus, olim in Gallia laudabilium doctrinarum profeſſores, Eubages, Druidæ, Bardique viguerunt, ex quibus Bardorum inſtitutum hoc præcipuum ferebatur, ut fortia virorum illuſtrium facta heroicis expreſſa verſibus lyræ fidibuſque mandarent: Cum vero noſtra patrumque memoria Franciſcus magnus & Henricus ſecundus, Auguſti, bella longe difficillima cum ferociſſimis Europæ principibus gererent, magna ſe repente Poëtarum Gallicorum copia effudit ad utriuſque facta decoranda his verſibus lingua vernacula conſcriptis, qui veterum Græcorum Latinorumque carminum gloriam & verborum ſplendore & ſententiarum gravitate & numeroſo ipſo concentu facile adæquarunt: ſed Latino ſermone qui hodie omnium latiſſime diffuſus, nullis regionum aut gentium finibus & terminis circumſcribitur, multi ex Italis, pauci ex hominibus noſtris vates egregii excellenteſque floruerunt: quo facilius opinor mihi illi veniam daturi ſunt, qui in cæteris quidem artibus & ſcientiis mediocritatem tolerabilem eſſe credunt, in verſibus vero quidquid paululum à ſummo gradu deceſſerit, continuo ad imum vergere & delabi exiſtimant: cum præſer-

tim si qui nobis à natura hujus poëticæ facultatis igniculi inerant, eos omnes diuturna rerum maxime diversarum tractatio, & per viginti fere annos assidua occupatio forensis obruerit & pæne extinxerit. Quidquid tamen ex illis quasi altissimo cinere abditum à nobis erui ægreque & laboriose exsuscitari potuit, id omne in hanc Pindaricam interpretationem nulli nec veterum nec recentium scriptorum tentatam libentissime contuli: partim quod in his libris veterum Heroum insignia cuncta facinora virtutesque ad imitandum propositas & utilia pleraque vitæ præcepta contineri videbam: partim quod hujus authoris gravissimi stylum sententiarum sublimitate rerumque antiquitate inobscuratum, atque ideo ab illius cognitione jucundissima plures abalienatos intelligebam. Nec vero mihi absurdum visum est perpetuam quandam fortitudinis laudem Pindaricis hymnis expressam tibi, Rex Christianissime & invictissime, uni omnium nostræ ætatis principum longe fortissimo, & in vario bellorum, præliorum, victoriarumque genere exercitatissimo, dedicare & consecrare. A quo quidem proposito ne me id quidem deterruit, quod jam universi operis singulos libros primariis regni tui viris devoveram: Cum enim illi ipsi togatorum Galliæ principes maxime & natura & fortuna & voluntate tui sint, æquum mihi visum est Carmina jam illis donata & dedicata in augustæ quoque Majestatis tuæ dominio censeri. Sed jam tempus est me ad institutum, susceptumque munus accedere, si prius tamen Deum optimum maximum sancte oravero, obtestatusque fuero, ut te diutissime regno Francorum salvum, incolumem, florentemque conservet, utque prudentissima consilia & magnanimos conatus tuos semper exoptatus, & felix, & vere Christianus exitus consequatur.

AD

AD
AMPLISSIMUM VIRUM
CHRISTOPHORUM THUANUM,

In intimo Consilio Regis Consiliarium, & Parisiensis Curiæ Primum Præsidem,

N. SUD. P.

SOLONEM Atheniensem, Vir amplissime, non solum prudentem Legislatorem, sed egregium etiam Poëtam fuisse scripta ejus abunde testantur: quorum nonnulla, quasi è communi illo bonarum literarum naufragio servata, ad nostram usque ætatem permansere. Quod si, ut scribit Plato in Timæi principio, μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατεχρήσατο, ἀλλ' ἐσπουδάκει καθάπερ οἱ ἄλλοι, οὔτε Ἡσίοδος, οὔθ' Ὅμηρος, οὔτ' ἄλλος τῶν ποιητῶν εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἄν ποτε αὐτοῦ. hoc est: si non perfunctorie, sed serio & ex instituto poëticam artem Solon tractare voluisset, nec Homerus, nec Hesiodus, nec alii excellentes Poëtæ illum unquam elegantia carminum, aut ingenii gloria superassent. Ac mihi Græcorum & Romanorum hominum studia antiqua memoria repetenti, sæpissime in mentem venire solet, vix ullum in cæteris artibus & scientiis abstrusis & reconditis præstantem virum reperiri posse, qui non severioribus aliis, & majoribus studiis hanc poëticæ facultatis suavitatem & hilaritatem aliquando asperserit. Nam, ut Platonem & Aristotelem omittam, omnis doctrinæ & eruditionis antistites, quorum hymni adhuc & epigrammata quorundam autorum monumentis inserta, posteritatem non sine admiratione delectant: Hoc certe negari non potest, apud Romanos etiam, qui gravitati & decoro magis quam Græci studuisse dicuntur, M. Tullium, & M. Varronem, duos ejusdem ætatis homines literarum omnium cognitione præstantes, plurima omnis generis poëmata edidisse: quorum alterius, quanquam poësis ab antiquis non admodum probata sit, amor tamen carminum illi adhuc puero insitus & innatus à Plutarcho summopere commendatus est. His ego Senecam Philosophum, Corn. Gallum, & Silium Italicum oratores clarissimos, aliosque complures omnium ætatum facile principes adjicerem, si apud te ullum hujus rei nobilius aut illustrius exemplum, quam à te ipso sumi posset, qui quamvis tot jam annos in Reipub. administratione magna cum gloria, magnisque laboribus verseris, atque ad hoc munus amplissimum omnium graviorum artium & scientiarum cognitione instructissimus accesseris, non ideo tamen tibi lenius hoc & amœnius poëtarum studium unquam negligendum aut contemnendum putasti: sed illius jucunditate ita duceris adhuc quodammodo & delectaris, ut qui te selecta antiquorum poëtarum carmina memoriter recitantem & pronunciantem audiat, non te illa ab aliis didicisse, sed à te ipso sumpsisse existimet. Qui vero eruditissimos tuos & absolutissimos versus legat, nulli te arti, aut scientiæ vehementius, quam poëticæ studuisse arbitretur. Sed erunt fortasse nonnulli, qui aliorum exemplo, & tuo præsertim, permoti ac pene convicti, poëtas quidem ipsos divino quodam ingenio præditos admirentur: verum eorum interpretes, quasi servilis operæ homines, & aliorum imitationi plane addictos & obnoxios, nullo in honore aut pretio habendos putent: quorum opinioni & sententiæ vix illi accedent, qui meminerint Romanos vates antiquissimos non minorem pene gloriam ex interpretatione Græcorum Poëtarum, quam ex propriis scriptis adeptos olim & consecutos.

Cicero certe ſcribit libro 1. de Finib. quamvis multa ex Platone & Ariſtotele hauſerit, non tamen ſe ſic utrumque vertiſſe, ut verterunt Latini Poëtæ Græcorum carmina & fabulas: & idem in libro De optimo genere Oratorum, conqueritur magnum eſſe in orationibus à Græco converſis Romanorum hominum faſtidium, cum nullum plane eſſet in verſibus: & nonnulli eo tempore magis Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii, quam utramque Euripidis probarent. Ac magno quidem rei literariæ detrimento Pacuvii, Actii, Attilii fabulæ de Græcis ad verbum expreſſæ non extant: Terentius vero, & Plautus, & Valerius Catullus in doctorum omnium manibus, vel potius in ſinu, animiſque verſantur: quorum Plautus & Terentius ſeſe ubique Græcorum poëtarum interpretes eſſe gloriantur. Valerii autem Catulli nonnulla è Græco ſermone in Latinum converſa plurimum utrique linguæ & ſplendoris & ornamenti afferunt. Quod ſi quis ab interpretibus Græcorum Poëtarum omnino abhorreat, videat, quæſo, ne multum de Poëtarum ipſorum gloria & honore detrahat, vixque eorum famam & exiſtimationem integram tueri poſſit. Scribit enim Plato in Dialogo cui nomen eſt Ion, ſive de Iliade, rapſodos quidem poëtarum enarratores vulgo haberi: poëtas vero ipſos nihil aliud eſſe, quam Apollinis & Muſarum præſtantes quoſdam & eximios; & plane divinos interpretes. Quod ſi alii poëtæ Græci, ut Sophocles, Euripides, Homerus, Theocritus, elegantiæ, gravitatis, & doctrinæ ergo aliquando Latinitate donati ſunt, Pindarus certe poëta hujuſmodi eſt, ut in civitatem Romanam ſummis præmiis propoſitis, ultro etiam allici & invitari debeat. Etenim, quemadmodum Quintilianus ait, ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, rerum ac verborum copia, & veluti quodam flumine eloquentiæ perfecit, ne quis cum unum ex omnibus Poëtis Græcis & Latinis ſequi hactenus aut imitari auderet. Duo ſunt omnino in hoc vate excellenti, quæ neſcio an excuſare, an vero potius profiteri, laudare, & prædicare debeam: Unum, quod ſæpe inſtituto ſermone abrupto, & plane derelicto, in aliarum rerum magnarum certe, & cognitione dignarum, vacua ſpatia libere vel potius licenter excurrit: Alterum, quod ſumpto ſibi & propoſito victore aliquo, diutius nonnunquam in patria illius, quam propria & peculiari virtute laudanda immoratur. Verum enimvero longiuſculas illas digreſſiones, quas Græci ἐκβάσεις appellant, & à Pindaro, & à cæteris Lyricis, Dithyrambiciſque poëtis uſurpatas fuiſſe exiſtimare debemus: partim ut hoc genere ſcribendi lectorum faſtidium vitarent, partim ut diverſarum rerum, ſententiarum, hiſtoriarum, fabularum coacervatione, furoris & cujuſdam divini afflatus opinionem ſibi in vulgus artificioſe quærerent. In civitatum vero & populorum encomia & laudes Pindarum propenſiorem, & quodammodo effuſiorem eſſe oportuit. Quod veteri Græciæ inſtituto in certaminibus, ludiſque publicis, non ſolum victores præmiis affici ſolerent, ſed etiam victorum civitates, urbeſque coronari, quæ viros fortes, & egregios, & laude dignos protuliſſent. Nos vero in hoc Poëta exprimendo non omnia ejus verba reddere & referre neceſſarium nobis eſſe duximus, ſed ejus tantummodo ſententiam, mentemque complecti his verſibus & verbis, quæ non à linguæ Romanæ uſu, & Latini ſermonis nitore abhorrerent. Quicquid autem à nobis hac in re præſtitum eſt, quod ſentio quam ſit exiguum, tibi potiſſimum dicare & conſecrare opportunum viſum eſt, cujus in nos nullo noſtro merito egregiam ſemper humanitatem experti ſumus.

OLYMPIA PINDARI
LATINO CARMINE REDDITA,
PER
NICOLAUM SUDORIUM,
In ſuprema Parlamenti Curia Conſil. Reg.

ODE PINDARI PRIMA,
HIERONI SYRACUSANO REGI,
Equeſtri certamine victoriam adepto.

Eodem numero quo apud Horat. Vides ut alta ſtet nive candidum.

NATURA pollens utilius nihil
Produxit undis: inter opes nihil
Splendeſcit æque ſicut auri
Ignea vis, nitiduſque fulgor.
Argiva quod ſi dicere prælia,
Forteſque pugnas, vis, anime impiger,
Ne ſole mireris relicto
Noctivagæ faciem Dianæ:
Nec rurſum omiſſo pulvere Olympico,
Feſtiſque ludis, ullum aliud canas
Certamen: ex hoc nam perenni
Fonte virum decora alta manant,
Joviſque laudes, quas Hieronicæ
Loquuntur ædes. Ille Hieron ſacras
Leges tuetur: Rexque juſſis
Trinacriam moderatur æquis.
Virtutis altæ pulchra cacumina,
Fructuſque carpens: quinetiam novem
Permiſtus interdum Camœnis
Pierio recreatur antro.
Sed jam jam eburnam prome, puer, lyram,
Seu Piſa, ſeu te Pherenicus capit,
Qui propter Alphæi fluenta
Nec ſtimuli, neque calcis ictum
Expertus, auras præterit, & ducem
Palmæ ſuperbæ Sicanium admovet,
Atque huic decus gentis vetuſtum
A Pelopis genere uſque fluxit.
At Parca pulchri cum Pelopis caput
Cratere merſum traxit aheneo,
Illi novum inſpirans vigorem, &
Membra humero decorans eburno.
Neptunus ignem protinus intimis
Hauſit medullis, conſpicuum intuens
Candore miro puſionem:
Vana ſed hæc memorans vetuſtas
Impune gentes decipit, & venus
Antiqua vatum callida muſico
Condire ſermones lepore,
Dat nebulis aliquando pondus,
Fidemque falſis arrogat: at dies
Seris recludit cuncta nepotibus.
Porro immodeſta voce nulli eſt
Fas homini violare Divos.
O nate ditis inclyte Tantali,
Inuſitatis te fidibus canam:
Nam cum tuus lautas viciſſim
Diis epulas genitor paravit:
Cunctique ſedes cælicolæ arduas
Liquere, magni tunc Deus æquoris
Te captus, incenſuſque amore,
Cæruleis rapuit quadrigis:
Atque hac Olympi conſtituit plaga,
In quam receptus poſt Phrygius puer
Dulcem miniſtravit Tonanti
Ambroſiam, liquidumque Nectar.
Sed cum jam ademptum te genitrix diu
Fleviſſet amens, invida rettulit
Te fama diſſectumque, & igni
Impoſitum, Superumque menſis,
Nempe ut placentem Cælitibus dapem.
Verum voraces religio eſt mihi
Cantare Divos. Sæpe linguas
Pœna gravis ferit inſolentes.
Quod ſi quis unquam floruit ætheris
Honore magnus, Tantalus is fuit:
Raram ſed hanc fœlicitatem
Concoquere invalidus nequivit:
Senſitque fatis dulcibus ebrius
Magna impotentis damna ſuperbiæ:
Et nunc ſuis cernens in ævum
Verticibus lapidem minantem,

 Vitare

Vitare & illum perpetuo volens
Priore triſtis lætitia exulat,
Nec quarta ſors pœnarum Averni,
Aut labor hunc pavidus relinquit.
At fons malorum, quod Superum dapes,
Et dulcis hauſtum Nectaris attulit
Mortalibus, furtumque vitæ
Delicias tribuit beatæ.
Sed nullus acres excubias Deum
Fefellit unquam. nam patrium Pelops
Ploravit ob crimen, relapſus
In fragiles hominum catervas.
Cum vero læves & niveas nigra
Lanugo pinxit Tantalidæ genas,
Lecti Cupido hunc conjugalis
Admonuit, ſobolisque cura,
Pulchræ ut ſuperbos Hippodamæ thoros
Ambiret: ergo in littore turbido
Umbraque nocturna profundi
Sæpe maris dominum invocavit.
Moxque ille canis fluctibus exiens
Deſideranti ſe placidum obtulit,
Quem ſtrenuus ſic ore fertur
Magnanimo puer allocutus:
O ſi verendum connubium tibi,
Neptune, cordi eſt, Oenomaï gravem
Haſtam coërce, meque curſu
Quadrupedum rape concitato,
Trucem ut tyrannum ſub pedibus premam,
Qui tot cruentis cædibus editis,
Et ſtrage confuſa procorum,
Hippodamæ thalamum moratur.
Pericla molles non adeunt viri.
Sed quando lethi eſt certa neceſſitas,
Cur ullus obſcuram quieſcens
Tranſigat in tenebris ſenectam?
Verum hæc lacertis conveniet meis
Pugna, at ſecundos da, Pater, exitus.
Sic fatus eſt, nec vana in auras
Verba leves rapuere venti.
Neptunus illi nam celeres rotas,
Equoſque currenti alipedes dedit,
Queis fretus & vitam ſuperbo,
Et ſobolem rapuit parenti.
Hæc facta conjunx ſex peperit Duces
Virtutis almæ laudibus inclytos,
At nunc Pelops grata nepotum
Voce viget, tumuloque tectus,
Alphæe, juxta fontis iter tui
Ad ſe frequentes allicit hoſpites.
Porro omnibus luſtris in orbem
Gloria Olympiadum recurrens
Late refulget: nec Pelopis ſacro
Certare curſor pulvere deſinit:
Nec viribus fidens juventus
Ancipites iterare pugnas.
At victor ævi quod ſupereſt brevis
Dulci quietus tranſigit otio,
Atque antecedentes honorum
Lætitias nova palma delet.
Teſtis Sicanæ Rex Hieron plagæ,
Cujus me equeſtrem dicere gloriam
Par eſt, caputque illi virenti
Conſpicuum redimire fronde.
Nam nullus inter tot populi duces
Vivit bonarum doctior artium,
Nullius æque nunc poteſtas
Juſtitiæ ſociata floret.
Sic nempe Divi res, Hiëron, tuas,
Curaſque dextro numine promovent.
Quod ſi ſuperſit vita, tollam
Te volucri per inane curru
Sublime raptum: ſuavius & tuos
Cantabo honores in Cronii juga
Aprica tendens: nam benignæ
Firma acuunt mihi tela Muſæ.
Nos inter illo hic clarius emicat,
Cælumque vultu celſior aſpicit.
Altiſſimum rerum cacumen
Regibus erigitur beatis.
Tu ne quid ergo grandius expetas,
Votis & illum fige modum tuis:
Divique faxint, ut libenter
Noſtra tibi famuletur ætas.
Atque ipſe cœtus aſſidue colam
Victorum honeſtos, nec tibi diſpares,
Et noſtra per Graias ubique
Fama volans celebretur oras.

ODE PINDARI SECUNDA
THERONI AGRIGENTINO QUADRIGIS victoriam adepto.

Eodem modo, quo apud Horat. Jam ſatis terris nivis atque diræ, &c.

QUEM Deum, aut Heroa manu ferocem,
Quem virum dulci cithara canemus?
Jam Jovi primum, genitrix honorum
Piſa dicata eſt.
Hercules illic celebreſque pompas
Fertur, & ſacros ſtatuiſſe ludos:
In quibus Theron rapuit quadrigis
Præmia victor.
Hoc velut firma eſt Agragas columna
Nixus, hunc hoſpes colit, atque civis.
Hic vetuſtorum mihi flos avorum
Jure vocandus,
Qui prius functi gravibus periclis
Amnis illuſtres tenuere ripas,
Et ſolo fulſere velut decora
Aſtra Sicano.
Cauſa fortunæ fuit eminentis
Parca virtutes cumulans opum vi:
At Rheæ fili domitor Gigantum, &
Rector Olympi:
Cuique labentes oleo palæſtræ
Lymphæ & Alphæi, Citharæque parent,

Fac

Fac ut ad ſeros veniant avorum
Rura nepotes.
Quod ſemel factum eſt bene perperamue,
Neſcit infectum fieri, retroque
Irritum: at tempus tacita recondit
Plurima nocte.
Sæpe & exhauſtos abolet dolores
Gaudium præſens, ubi nos ab aſtris
Reſpicit vultu facili Deorum
Æqua poteſtas.
Nempe ſic Cadmi ſoboles vetuſti
Pertulit primis mala multa in annis.
Sed bonis rebus cadit omnis ægri
Pectoris angor.
Ergo quæ quondam rapido perempta eſt
Fulminis tactu Semele, beatas
Nunc colit ſedes, reſidetque Olympi
Vertice ſummo.
Hanc amat Divum ſator & virorum,
Diligit bellis animoſa virgo, &
Bacchus imprimis hedera ſequaci
Tempora vinctus.
In mari vaſto vitreas & inter
Filias Nerei memorant tibi, Ino,
Poſt graves caſus data permanentis
Otia vitæ.
Nemo fatalem ſibi mortis horam
Præſcius novit, neque quando puros
Debeat ſoles, vacuoſque triſti
Cernere nube.
Nos, velut fluxus maris, & refluxus,
Pellit incertos, hominumque vitam
Gaudium alternis vicibus, dolorque
Verſat acerbus.
Utque nonnunquam veteris nepotes
Oedipi fortuna benigna fovit:
Noxa ſic illos aliquando torſit
Æthere lapſa.
Nam ſenem poſtquam Laïum peremit
Impius fato juvenis, Deique
Pythii oraclum grave Parricida
Enſe probatum eſt.
Crimen hoc triſti furia vidente
Mutuis Reges cecidiſſe plagis
Urbe Thebana memorant, piatam &
Sanguine cædem.
Unus at Regum moriens reliquit
Præmiis auctum, celebremque belli
Laude Therſandrum, genus unde Adraſti
Surgeret ingens.
Noſter hoc Theron proavo ſuperbit:
Cujus inſignes ſociare chordis
Convenit laudes, memorique nomen
Tradere famæ.
Namque eum palma decoravit Elis,
Pythius fratri dedit atque curſus
Iſthmius nexas apio coronas
Dulce virenti.
Quem ſuis autem foliis revinxit
Pallas, hunc curæ fugiunt priores,
Et virum virtus opulenta bino
Munere donat.
Namque fortunam ſimul & decentes
Ingeni dotes, animique jungit,
Eſtque ut illuſtrans hominem benigno
Lumine ſidus
Affluens auro probitas: & illam
Nos ſemel nacti tenebris ſub imis
Crimen admiſſum, ſupera piari
Scimus in ora.
Scimus & quando ſcelus intuente
Sole patratum eſt, ſtygio parari
Vindices pœnas Erebo, nigramque
Judicis urnam.
At pii cura procul, & labore
Aëris ſemper nitida fruuntur
Luce, nec terram feriunt aratris,
Nec mare roſtris.
Pene cæleſtes, gemituſque & omnis
Neſcii luctus, rota dum citato
Orbe perjuros agit, & nocentum
Membra laborant.
Tertia quod ſi vice jam renati
Quipiam inſontes placidique ſemper
Vixerint, illis aperit beatas
Jupiter oras.
In quibus lenes Zephyri virentem
Inſulam perflant, varioſque flores
Procreat tellus, alit arbor, udus
Irrigat amnis.
Hinc pii ſumunt capiti coronas,
Brachiis texunt manibuſque ſerta,
Poſtquam odorata Rhadamantus illos
Valle recepit.
Namque Saturni ſolio hic verendus
Aſſidet judex, comiteſque juncti
Cadmus, & Peleus, Thetidiſque cura
Allectus Achilles.
Qui ferum Trojæ rapuit cadenti
Hectorem, & Cycnum domuit, nigrumque
Memnonem Divæ ſobolem rapaci
Tradidit orco.
Sunt mea plures pharetra ſagittæ
Conditæ, quarum ſonitum periti
Sentiunt ſoli, neque turba dura
Percipit aure.
Ille qui per ſe reperit ſagaci
Multa natura ſapiens, ſed arte
Redditus vates ſtrepit ut loquaci
Gutture corvus.
Et Jovis fruſtra rapidum laceſſit
Alitem ſacri tonitrus miniſtrum.
Sed tuis certam, vaga Muſa, telis
Delige metam.
Sume quem dulci feriamus arcu
Nobilem imprimis Agraganta, cujus
Inclitus Theron decorat recenti
Mœnia fronde.
Teſtor audacter Superos, nec ullum
Principem Therone benigniorem
Eſſe, nec dantem rata largiori
Munera dextra.
Sed bonis juſtas aliquando laudes
Livor obrepens adimit, ſuiſque
Tentat obſcurus tenebris micantem
Condere famam.
Cæterum donis, meritiſque Theron
Plurimis crebros ſuperavit ignes
Syderum, & denſæ tenues acervos
Vicit arenæ.

EIDEM THERONI THEOXENIA, SIVE ODE PINDARI TERTIA.

Eodem numero, quo illa apud Horatium dicolos tetraſtrophos, Scriberis vario fortis & hoſtium.

DUM palmam numeris dulcibus alteram
Theroniſque iterum quadrijuges equos
Victores canimus, teque Agragas novis
Offers rurſus honoribus:
Vos ô grata vagis ſidera navitis,
Clari Tyndaridæ, tuque Helene, ſoror
Amborum, placidis accipite auribus
Thebanæ ſonitum lyræ.
Et tu blanda fave, Muſa, novum ut melos
Indictumque gravi pectine concinam,
Quo conviva frequens gaudeat, & ſolum
Alterno feriat pede.
Hoc à me rapidi Cornipedes jubam
Nexis impliciti floribus exigunt:
Utque altum variis cantibus, & modis
Theronem celebrem petunt.
Hoc & Piſa jubet, quæ decus acribus
Donat grande viris, cum ſtadii arbiter
Graii, juſſa ſequens intrepidi Herculis
Victrices juvenum comas
Læta fronde oleæ Palladiæ tegit.
Illam à Danubii fontibus ultimis
Alcides referens perpetuum addidit
Ludis munus Olympicis.
Poſtquam Hyperboreos Phœbicolas prece
Commovit populos, Grajugenæ ut ſibi
Plantam vitæ hominum fructiferam darent,
Et virtutibus utilem.
Namque is ſacra Jovi templa ſacraverat,
Et jam conſpicuæ lumine Cynthiæ
Pleno, feſta aliquot luſtra prope Elidis
Amnem condiderat ſacrum.
Illuſtri ſed enim deerat adhuc ſolo,
Et valli Pelopis denſa oleæ coma,
Qua fraudata nimis clari Hyperionis
Fervebat radiis humus.
Ergo Heros gelidis montibus Arcadum
Decedens adiit Danubii vada,
Se gratum & Triviæ præbuit hoſpitem
Tunc cum dura neceſſitas,
Euryſteuſque ferox compulit hunc ſequi,
Et curſu volucrem & cornibus aureis
Cervam, quam Dryadum Taygete ſoror
Venatrici aluit Deæ.
Illam in luſtra ſequens impiger Hercules,
Iſtro contiguas & Boreæ domos
Perluſtraſſe vagus fertur, & arbori
Adjeciſſe oculos novæ.
Nec deſiderium depoſuit prius,
Quam nudum Argolici curriculi locum
Sevit Palladiis ſtirpibus, & graves
Æſtus frondibus expulit.
Unde hæc ſacra libens nunc adit Hercules,
Quæ juſta hoſpitibus nos facimus Diis,
Et ſecum armiferos Tyndaridas Jovis
Ac Ledæ ſobolem trahit.
Illis namque petens æthera Olympicos
Decurſus, & equis & celebres viris
Commiſit: ſed enim pandere jam libet
Illuſtre Emmenidum genus.
Theronemque novis dicere honoribus
Efferri juvenum munere equeſtrium,
Quorum Leda parens, hos quoniam pius
Mactatis gregibus colit.
Convivaſque epulis mille adhibet ſacris,
Et placat ſolitis numina ritibus.
Utque undis nihil eſt utilius, nihil
Auro ſplendidius micat.
Sic Elæa ferens præmia nunc caput
Theron longe aliis altius extulit,
Et vere Herculea ſtirpe ſatus, manu
Metas attigit Herculis:
Ultra quas iter eſt omnibus invium,
Et doctis hominum, & deſipientibus.
Huc me fata vetant tendere inanibus
Væſanum comitem viris.

ODE

ODE PINDARI QUARTA

PSAUMIDI EQUESTRI

certamine victoriam adepto:

Eodem numero, quo apud Horat. Vides ut alta stet nive candidum.

O QUI corusca fulgura dextera,
Fulmenque torques, Jupiter, igneum,
(Nam me status semper tuarum
Orbis Olympiadum revertens,
In se & reflexus provocat, ut lyra
Fretus sonanti, pectora fortium
Dicam virorum, quos amici
Laude nova celebrant ovantes.)
Sed rector Æthnæ qua jacet obrutus
Pressusque Typhon, accipe jam modos
Non artis expertes, nec acta
Clara virum numeros tacentes.
Lyramque currus Psaumidis aureos
Audi canentem. Psaumis enim caput
Fœlici olivæ fronde cingens
Grande decus patriæ reportat.
Sic ille semper sentiat exitus
Rerum secundos, qui nitidis equis
Vectatur, & lautus benignos
Hospitibus reserat penates.
Prædulcis autor civibus otii,
Vitaque gaudens criminis inscia.
Nec vana testor: namque prodit
Ingenium, latebrasque mentis
Recludit omnes experientia.
Hac usa matrum Lemniadum cohors
Cessavit Ergini seniles
Opprobriis onerare crines.
Nam quando tectus membra micantibus
Erginus armis, ante alios celer
Decurrit, hæc metæ propinquum
Voce ferunt retulisse anhela.
Regina cursus Hypsipyle meos
Miraris: at me talem animo puta
Cum bella poscunt, nec feroci
Marte minus, manibusque promptum.
Dextræ & lacertis nil capitis nives
Obsunt, sed annos præveniens labor
Conspergit interdum virentem
Canitie celeri juventam.

ODE PINDARI QUINTA

AGESIÆ SYRACUSIO SOSTRATI

filio, vehiculo victoriam adepto:

Eodem numero, quo Secunda.

UT domum auratis stabilem columnis
Artifex ponit, decoratque celsum
Limen imprimis, ebore, & micanti
Undique gemma:
Prima sic nostri faciesque fronsque
Carminis late niteat refulgens.
Ergo si quisquam foliis olivæ
Tempora cingit:
Si quis & castus Superum sacerdos
Vivit, & priscos patriæ parentes
Stirpis autores propriæ recenset
Ordine longo,
Semper hunc dulces numeri loquentur,
Civium pravus modo livor absit:
Sostrati vero soboli illa triplex
Gloria parta est.
Tutior virtus, rigidæque nunquam
Icta fortunæ gravibus procellis,
Nec solo illustris, neque fertur altum
Clara per æquor.
Longa sed pulchros hominum labores
Fama per terras memorat. tibi autem
Victor insignis pia vox Adrasti
Convenit illa,
Qua sui est funus grave prosequutus
Auguris, quando volucres quadrigas
Ipsum & aurigam patulis Avernus
Faucibus hausit.
Lugeo castrorum oculum meorum,
Inquit Adrastus, dubiique vatem
Præscium casus, & obire belli
Munera fortem.
Duplicem hanc laudem, geminasque dotes
Possidet nostri moderator hymni:
Dicere hoc ausim, mea nec Camœnæ
Verba refellent.
Junge sed promptos mihi jam jugales,
Philtis ut planum spatium volanti
Proterens curru, ferar ad vetustum
Stemma virorum.
Non equis ullum est iter incitatis
Notius, postquam semel hi coronas
Debitas, justumque tulere sacra
Elide plausum.
Vosque vocales reserate Musæ
Carminum portas: etenim ante noctem
Est mihi sedes adeunda pulchræ
Alta Pythanæ.

Illa Neptuno ſociata fertur
Mater Evadnæ rediiſſe, & alvo
Conſcia: celaſſe diu latentes
Ægra dolores.
Cynthia donec novies renata
Virginem fido teneram miniſtro
Tradidit furtim, Arcadiæque Regi
Miſit alendam
Æpyto, ditem Phaſanam tenenti
Curſum & Alphæi virideſque ripas,
Quas prope Evadnæ niveum decorem
Carpſit Apollo.
Sed Deo geſtans uterum tumentem
Virgo, non triſtem latuit tyrannum
Uſque, qui vulnus tacitum ſub imo
Corde recondens,
Protinus ſacros petiit receſſus
Pythiæ vatis, vitii ut protervum
Sciret autorem, nec inulta ſontis
Culpa maneret.
Interim Evadne patulis ſub umbris
Arborum, zonam poſuit, ſimulque
Hydriam auratam, Superiſque charum
Enixa puellum eſt.
Debili Nymphæ placidam Dianam
Reddidit Phœbus, facileſque Parcas:
Illico & naſcens Iamus paterna
Lumina vidit.
Sed ſolo liquit viridi jacentem
Icta væſano genitrix timore,
Et duo deſertum aluere dulci
Melle dracones.
(Sic Diis viſum) rediensque Delphis
Æpytus, partum petiit recentem
Triſtis Evadnæ, ætherei quod infans
Seminis eſſet:
Quodque ei Phœbus propria dediſſet
Arte venturos aperire caſus,
Atque manſuram Danaas per urbes
Spargere gentem.
At ſibi cuncti puerum negarunt
Cognitum viſu, licet ille quinos
Cynthiæ impleſſet redeuntis orbes
Abditus herbis.
Inque humo verna recubans odoris
Floribus circum, violiſque tectus,
Unde ei clarum poſuere matre
Indice nomen:
Verum ubi pubes Iami decentes
Ambiit malas, & avum & parentem
Ille ſub noctem medio rogavit
Elidis amni,
Ut darent quoddam ſibi munus artis
Inclitæ, vitamque hominum juvantis:
Nec diu texit genitor paternum
Phœbus amorem.
Nam ſtatim, ô fili generoſe, montem
Inquit, aſcendas, populis futurum
Undique accitis celebrem, & virorum
Laude ſuperbum.
Nec mora, excelſas petiere uterque
Cronii ſedes, ubi Phœbus illi
Bina præſagi tribuit benignus
Dona furoris.
Ac ſtatim motus Iamus loquaces
Præpetum veros didicitque cantus:
Deinde cum Alcides ſtatuit frequentes
Elide ludos,
Et ſacræ legem poſuit palæſtræ,
Cœpit hic fibris pecudum recluſis
Augur eventus aperire pingues
Ad Jovis aras.
Poſtea clarorum Iami nepotum
Inter Argivos genus eniteſcens
Floruit factis, & opum beato
Flumine crevit.
Hi quibus cordi eſt generoſa virtus,
Lucidum vitæ per iter feruntur:
Sed viros ſegnes, humileſque livor
Anxius urit.
Ille palleſcens querulis anhelat
Vocibus, ſi quos honor altiores,
Et magis læta facie decoros
Laurea reddit.
Quod ſi adhuc materna tibi propago
Soſtrati fili eſt oriunda celſæ
Monte Cyllenes, volucrique Divum
Chara miniſtro,
Illius donis cumulavit aras
Quem colit luctæ docilis juventus,
Qui regit cæſtus agiles, frequenſque
Mœnala luſtrat.
Hanc tibi certe Deus ille palmam
Victor inſignis tribuiſſe gaudet,
Et Jovi prudens ſua fulminanti
Numina jungit.
Cos ut aſſuevit renovare ferrum,
Sic mihi ſenſus acuit tuarum
Nuntio laudum, niveæ ſuperſtes
Fama Metopæ.
Arcadum hæc fines habitans, tuiſque
Patriæ conſors atavis, placentem
Edidit Theben genus unde magnæ
Nomen & urbi:
Quæ ſitim noſtram ſaliente lympha
Pellit, effundens ubi lætus hymnos
Martiis necto ducibus coronas
Uſque virentes.
Sed, chori Princeps, age jam ſodales
Admone, ut claram celebrent Tonantis,
Conjugem, & monſtrent mihi grande partum
Carmine nomen.
Meque Bœotæ ſuis uſitatum
Thracia fugiſſe Lyra cavillum:
Namque tu dulces numeros capaci
Pectore condis.
Deinde ſublimi per inane cantu
Spargis, & gentes, populoſque mulces,
Præco Muſarum ſacer, & diſerti
Nuntius oris.
Sed neque excelſæ ſileantur arces
Inſulæ, quam nunc Hieron potenti
Temperat ſceptro, Cereriſque flavæ,
Perſephoneſque
Cultor, Æthnæique Jovis ſacerdos:
Hic lyræ imprimis, fidibuſque notus,
Nulla opes ejus ſpatioſa frangat
Temporis ætas.
Et ſui laudes Hieron libenter
Audiat civis, gelido profecti

Monte

Monte Cyllenes, Sicula ut beatus
Viveret ora.
Arcas, atque idem Siculus colonus.
Sic ubi navim feriunt procellæ,
Anchoram nautæ duplicem profundo
Gurgite mergunt.
Sostrati natus gemina fruatur
Patria fœlix, tumidique rector
Æquoris lætum juvenem secunda
Dirigit aura.
Ut neque hic unquam variantis æstum
Sentiat vitæ, dubiosque fluctus,
Nec meæ reddant Citharæ caducum
Sæcula florem.

ODE PINDAPI SEXTA,

QUAM VETERES SCRIBUNT ADEO

Probatam fuisse olim, ut aureis literis in Minervæ templo inscripta consecratur:

In laudem Diagoræ Rhodii pugilis.

Eodem numero quo illa Horatii, Scriberis vario fortis & hostium.

UT festis dapibus munificus socer
Fulgentem pateram sumit, & ignei
Spumantem latices purpureos meri,
Moxque illum cupida in manu
Hausturi generi collocat, aureum
Thesauri columen, perpetuum decus
Cœnarum, & placiti conjugii novis
Aptum pignus amoribus.
Fœlicem interea connubii vocat
Sponsum turba frequens: sic ego nectare
Musæo juvenum pectora fortium
Perfundens hilares mei
Fructus ingenii dono vigentibus,
Invictisque viris. Nemo beatior
Illo, quem populi rumor ad æthera
Justis tollit honoribus:
Nunc hos palma levis, nunc alios beat
Palmæ blanda comes fistula cum lyra:
Utraque ipse simul fretus amabilem
Cantare aggredior Rhodon,
Dilectam veneri Naiada, lucido
Desponsamque Deo, scilicet ut suæ
Ornetur patriæ laude Diagoras,
Horrendis pugil artubus.
Qui victrice caput fronde revinciens
Pugnacis retulit præmia dexteræ
Elæo celeber pulvere, nec minus
Clarus gramine Pythio.
Passim nostra etiam voce vagabitur
Cum victore, parens illius integer:
Ambos æquoribus cincta Rhodos trium
Mater detinet urbium
Argivis genitos Regibus. hic juvat
Ut late Herculeæ fama micet domus:
Illis, & reliquis Tlepolemi simul
Carmen texere posteris.
Gens ergo patria est Tlepolemo à Jove,
Maternum Astydame condecorat genus,
Atque Amyntor avus. Verum homines nigræ
Errorum nebulæ ambiunt:
Nec nos ambiguo lumine cernimus
Nostræ principium sortis, & exitum.
Duro namque oleæ stipite perculit
Ira Tlepolemus furens
Prognatum Midea matre Lycinnium:
Tyrinthique solum cæde domestica
Sparsit. Sæpe graves exagitat viros
Ardor pectoris æstuans.
Post Amyntorida concilium Dei
Poscente ex adytis Delius intimis,
Præcepit juvenem solvere littore
Lernæo profugas rates,
Pulsatumque locum visere fluctibus,
Quem quondam pluvia perluit aurea,
Ditavitque novis Jupiter imbribus
Pleno largus ab æthere.
Tunc cum prægravido jam capiti Jovis
Impegit validum Mulciber artifex
Ferrum, & prosiluit vertice gnaviter
Diviso armipotens Dea:
Cujus voce gravi protinus & solum,
Et fulgens Superum contremuit domus:
Quin mandata suis anxia liberis
Titan sollicitus dedit,
Ut fatis alacres se venientibus
Offerrent, nec eis quisquam hominum prior
Forti templa Deæ poneret, aut pius
Gratam cæderet hostiam.
Qui ventura animo tempora prævidet,
Virtutem, & faciles delicias parat:
Sed quandoque virum præscia pectora
Torpor languidus occupat.
Et sensus vigiles Cimmeriæ tenent
Obsessos tenebræ, ne sapiens iter
Ævi perpetuum conficiat sui
Directa incolumis via.
Nam Phœbo geniti belligeræ quidem
Sacravere locos templaque virgini
Puro in colle: sed his nemo perutilem
Flammam sedibus intulit.
Imperfecta igitur sacra sine ignibus
Fecere immemores: atque ideo procul
Currus Diva suos, armaque Cecropis
Alto deposuit jugo.
Sed lapsis Rhodiis attamen auream
Conflavit nebulam Jupiter, & graves
Cœlo effudit opes, Pallas eis libens
Fabrilem erudiit manum.

Hinc miris hominum clara laboribus
Effulsit Rhodos, ut percelebres vias
Sculptorum manibus ficta animalia
Vivis æmula currerent.
Quando ars ingeniis juncta sagacibus,
Tunc naturæ agilis vis magis enitet.
Fama est illa vetus, cum placuit solum
Cœli dividere arbitris,
Nondum exisse maris gurgitibus Rhodon
Monstrantem nitidum sideribus caput,
Ignotam sed adhuc prorsus in intimo
Subsedisse salo insulam.
Et tunc concilio summi aberat Jovis,
Qui puro roseos axe vehit dies,
Nec sors ulla fuit ducta perennibus
Intenti officiis Dei.
Id rector Superum respiciens, novis
Urnæ constituit credere casibus
Rursum regna Deum, sed tenuit gravis
Jactum Delius aleæ.
Nam sese sub aquis cernere jam plagam
Crescentem assidue rettulit, ac virum
Ingentes populos pascere idoneam
Et densos pecorum greges.
Quam terram simul ac lumen & aëra
Vidisset liquidis humida fluctibus,
Concedi propriis Phœbus honoribus,
Et sacris petiit suis.
Utque illud Lachesis brachia porrigens
Firmaret, reliqui & Cœlicolæ lacus
Jurarent Stygios, usque ratum fore
Supremi arbitrium Jovis.
Nec Phœbo facilis defuit exitus
Votorum, subito namque tumentibus
Terra emersit aquis, quam tenet aureis
Distinctus radiis caput
Titan, & domitor cornipedum, quibus
Exit flamma volans naribus igneis:
Hac tellure jacens Cynthius, & sinu
Flaventem retinens Rhodon,
Septem ex æquorea virgine sustulit
Cordatos juvenes, è quibus Erchaphus
Camiron genuit, Lindon, Jalyson
Sublimis columen domus.
Tres illi, ut proprios incolerent lares
Discretis placidi sedibus, in tria
Divisere solum regna, quibus dedit
Ætas nomina principum.
Atque his undivago Tlepolemo in locis
Ærumnæ requies contigit & fugæ:
Quin & Tlepolemum placat adhuc Rhodos
Multa cæde bidentium.
Nec Ludi interea nec juvenum manus
Cessant, pugnæ alacris dona petentium,
Inter quos duplici fronde Diagoras
Ornatam implicuit comam.
Idem se spatiis jam quater Isthmiis
Victorem indomitum præstitit, ac solo
Illustri Nemeæ, plurima & Atticis
Cœpit præmia finibus.
Huic Argis clypei munus ahenei.
Thebis & gelidis Arcadiæ jugis
Concessi tripodes. vestis & inclytæ
Pellanæ data sexies,
Et laus Ænopiæ: nec Megaris viri
Cujusquam alterius jam toties fuit
Insculptum lapidi nomen. At, ô potens
Montis rector Atarbii,
Fac nostrum vigeat carmen, & hic pugil
Qui palmam valida corripuit manu,
Illo nemo suis sit popularibus,
Nemo charior exteris.
Nam justo innocuus carpit iter pede.
Non te magne parens Cœlicolum fugit,
Ut victoris avi vocibus illius
Aures imbuerint piis.
Ne clarorum hominum conspicuum genus
Obscura lateat nube reconditum:
Scis quot lætitias debeat insula
Altis tota penatibus.
Si fœlix alias vita Diagoræ
Offendit titubans tramite lubrico,
Surget læta iterum. Flant etiam brevi
Venti tempore dispares.

ODE PINDARI SEPTIMA

ALCIMEDONTI, ET TIMOSTHENI

luctatoribus, & Meilesiæ aleiptæ, sive ludi magistro:

SUPERBA honorum mater Olympia
Dives coronis, fœtaque præmiis,
Præsagi veri, quamque pridem
Fatidici coluere vates
Cæsis periti noscere victimis,
Aræque visis ignibus, an viros
Flavente pugnantes arena
Firma Jovis foveat voluntas:
Virtutem & illis sidera destinent,
Partisque blandum laudibus ocium:
Nam multa consulto benigni
Dant Superi precibus piorum.
Sed Pisa sylvis tecta comantibus,
Hoc carmen audi: Nunquam homini decus,
Nec fama deerit, qui domum se
Fronde tua referet virentem.
Diversa Divi munera dividunt
Mortalibus: nec, chare Timosthenes,
Fœlicitatis strata solum
Una via est. Tibi sors Nemæis
Secunda ludis: Alcimedon pari
Ætate crescens, vicit Olympia,
Qui pulcher haud turpi decoram
Segnitie faciem refellit.

Victore

Victore tali præco frementibus
Altum theatris insonuit, canens
Æginan, ex qua natus acer
Alcimedon, ubi mirus æqui,
Rectique cultus. Quando potentibus
Errant frequentes urbibus advenæ,
Distinguere insignes ab imis
Hospitio sapiente magnum est.
Mens alta divum gentibus exteris
Fœlicis Æginæ æquoream plagam
Substravit, expanditque portum
Undivagis ratibus fidelem.
Sit ista terræ longa benignitas,
Quam luce casso Dores ab Æaco
Rexere semper: cum coacti
Iliacos posuere muros
Neptunus atque Cynthius, hi sibi
Duri sodalem muneris Æacum
Sumpsere, Trojanasque soli
Tollere humo renuere moles.
Quod fata vellent excipientibus
Subinde bellis Pergama post graves
Ardere pugnas, & nigrantem
Urbe jaci rutilante fumum.
Sed quando saxis Troja recentibus
Munita fulsit, protinus in novas
Repsere sedes tres ab imis
Cærulei latebris colubri.
Ex his relapsi præcipites duo
Flavere vitam, tertius horridum
Exibilans, fossamque saltu
Præteriit, pavidasque turres.
At monstra Divum Delius intuens,
Obsessa, dixit, vincitur Ilios
Hac parte valli, quam caduca
Ars hominis fragilem reliquit.
Hoc ille signis tristibus indicat,
Qui rubra dextra fulmina concutit.
Sed quando jam Parcæ ruinas,
Æace, Dardanias parabunt,
Turmis Achivum nusquam aberit tua
Armata proles: natus at impias
Invadet arces, hasque multa
Cæde madens pronepos cremabit.
Sic fatus augur in Lyciam volat,
Atque hinc equestres visit Amazonas,
Istrique fontem, nec moratus
Navigeræ dominator undæ
Transmittit aureis curribus Æacum
Dulces ad oras Ænopiæ, & simul
Ipse incitato fertur axe
Ad bimarem rapidus Corinthum,
Ut spectet aris impositas dapes.
Res nulla cunctos æque homines juvat.
Quod si reflexa voce ad acta
Meilesiæ pueri recurram,
Atque huic ephebos in tenera canam
Ætate fractos, gramine Olympico
Ne livor obstet, namque eandem
Et Nemea retulit coronam:
Vir deinde factus, calcibus & truci
Pugno feroces perculit æmulos:
Nunc fessus annis efficaci
Firmat acres juvenes olivo.
Docere solus, qui didicit, potest,
Inculta cæco robora fluctuant
Errore semper, mensque fixa
Arte carens leviter vacillat.
Perfectus usu Meilesias viam
Demonstrat illam rectius omnibus,
Quæ laudis ad celsum cacumen
Per stadii loca sacra ducit:
Hunc æquat astris Alcimedon, toris
Victor perunctis terdecimus nitens:
Fortuna certe blandienti
Ore decus puerile juvit.
Verum eruditi vis quoque quatuor
Æqualibus jam verba minacia
Extorsit, & lætos regressus
Eripuit, tumidumque fastum.
Honore tanto victor avum gravem
Tristi senectæ pondere sublevat.
Qui pulchra patrat, nescit atræ
Mortis iter, trepidumque funus.
Sed me excitantem jam decet infima
Tellure manes, Blepsiadis sui
Narrare certamen nepotis,
Blepsiadis venit illa palma
Jam sexta, ludis nata frequentibus:
Laudem sepulti legitimam petunt,
Et grata cognatas ad umbras
Fama sui generis refertur.
Iphio ut illic Angeliam audiet
Natam volantis Mercurii alitem,
Hoc protinus commune gentis
Callimacho decus indicabit.
Prisco creati sanguine posteri
Novis vetustas divitiis opes
Exaggerent, morbique lætam
Usque domum fugiant acuti.
Hinc livor absit pallidus aureo
Vicini acervo, teque Deum parens
Custode, proles hæc in ævum
Urbe potens dominetur alta.

ODE PINDARI OCTAVA

EPHARMOSTO OPUNTIO LUCTATORI.

Eodem numero quo illa apud Horat. Jam ſatis terris &c.

SÆPE jactatum Parii Poëtæ
Carmen, Epharmoſte, triplexque vulgo
Tinniens hymnus, reſonante Piſa
Floruit olim.
Cum tu ovans cœtus hilares ad illos
Duceres cantus, in aprica montis
Cronii, & feſta fremeret juventus
Læta chorea.
Sed tuos arcus modo, Muſa, tende
Viribus magnis, Superumque Regem,
Et ſimul terrarum apicem, caputque
Elida canta.
Quam Pelops doti pretium laborum
Maximum accepit, ſoceri cruento
Axe ſubverſo thalamis potitus
Hippodameiæ.
Deinde poſt Piſam volucri ſagitta
Pythias pugnas, alioſque rurſum
Fige victoris titulos, humum ſic
Alta relinquens:
Atque iter cœlo facies, palæſtræ
Principem exornans fidibus canoris:
Hunc Opuns dulces venientem in auras
Fovit alumnum.
Digna Opuns noſtris numeris, ut ejus
Civis antiquæ genus urbis, in qua
Eminet ſedes Themidiſque ſanctæ,
Eunomiæque,
Debiles turbas hominum tuentis.
Hic locus porro juvenes virentes
Donat Alphæo, validaque pube
Pythia complet:
Unde præclaris foliis coronæ
Mille frondoſam religant Opunta
Fortis altricem populi, & parentem
Locridis oræ.
Aſt ego charæ loca civitatis
Lumine illuſtrans radiantis hymni,
Ocyus curru celeriſque navis
Alite remo
Publicas laudes per inane mittam:
(Si Deum juſſo nitidis in hortis
Colligo pulchros Charitum decenti
Pollice flores.)
Namque formoſis ſine Gratiis nil
Dulce, nec lætum eſt: hominique mentem
Solus impertit Deus, aut viriles
Robur in artus.
Teſtis Alcides, ope qui Tonantis
Fuſcinam clava repulit minantem,
Cum Pylum juxta datus hoſtis illi
Rector aquarum.
Quin & aurato metuendus arcu
Phœbus Alcmena genitum refugit:
Virga nec pollens domino ſeveri
Profuit Orci,
Hanc licet dextra quatiens fugaces
Condat obſcuris animas cavernis.
Sed parum ſanctos docilis Thaleia
Reſpue cantus.
Illa doctrina eſt odioſa, quæ vim
Elevat Divum, minuitque cultus:
Nec carent cæco nimium ſuperba
Dicta furore.
Deſine antiquas memorare pugnas
Cœlitum, & motus veteres Olympi:
Atque formoſæ cane rurſus oras
Protogeneiæ.
His larem primum poſuere terris
Alta Parnaſſi juga deſerentes
Pyrrha, virque ejus, pereunte ſoli
Orbe relicti:
Qui duo effœti, vetuliſque ſegnes
Artubus, jactu lapidum dederunt
Alteram prolem, vocitant & inde
Λαῶν Achivi.
Sed quid ad priſcos referor parentes?
Ut liquor Bacchi veteris palato
Gratior, ſic & ſonitus recentis
Dulcior hymni.
Attamen quondam (neque fama mendax)
Abditi ponto latuere montes,
Poſtque diffuſas maris hauſit undas
Terra reſorbens.
At tui victor proavi beatam
Uſque rexerunt patriam Deorum
Rege prognati Japetique magni
Nepte decora.
Jupiter namque, ut memorant, Opuntis
Filiam Elea rapiens ab ora,
Clanculum huic zonam nemoroſa ſubter
Mænala ſolvit:
Deinde eam ſemen grave jam ferentem
Miſit in Locri viduos penates,
Ne virum auferret ſterilis ſenectus
Prolis egentem.
Natus eſt illinc generoſus infans
Stirpe divina, pueroque riſit
Blandum adoptivus genitor, deditque
Nomen avitum.
Poſt eum cernens facie atque factis
Certa cognati dare ſigna cœli,
Locrus optanti populos & altam
Tradidit urbem.
Venit huc Thebis, validiſque ab Argis
Creber & Piſa, & Pholoe colonus,
Venit & Phthia venerandus hoſpes
Actore natus.
Ille Patroclum genuit profectum
Militem quondam geminis Atreidis,
Quique bellantem ſtetit uſque pugnans
Propter Achillem:

Telephus quando Danaos paventes
Acer impegit ratibus cruentis,
Et manus Patrocli, animumque in armis,
Arsque reluxit.
Quin Deæ illustris soboles marinæ
Voce spectatum monuit faventi
Ut suæ per bella pedem propinquum
Figeret hastæ.
Semper ô nostræ nova verba linguæ
Suppetant, semperque volante raptus
Axe, res gestas hominum per auras
Spargere possim,
Nuntius, vatesque potens & audax.
Porro amor tecti vetus hospitalis
Et fides constans jubet, & probata
Lampromachi vis,
Hujus ut frondes meritas Corinthi
Littore excelso sociare palmæ
Coner, Epharmoste, tuæ, duplexque
Jungere robur.
Qua die Pisa tua laus refulsit
Isthmiam huic virtus retulit coronam
Sed tibi post bis Ephyræ sub altis
Vincere muris
Contigit, curva Nemeæque valle,
Tu virum Argivo domitor theatro,
Cecropis campo tibi cessit olim
Junior ætas.
Quod canam ut clara Marathonis ora
Victor hic furtim puerile fraudans
Agmen, ante annos tulerit virilis
Pondera luctæ.
Dona capturus phialas nitentes
Lævis argenti, stetit ille firmus
Semper, ingentesque viros latenti
Subruit astu.
Quos solo stratos, humilesque linquens,
Maximum ô quanto fremitu coronam
Transiit, pulchra ut facies decoris
Profuit actis!
Insuper tellus Jovis hunc Lycæi
Sæpe mirata est, Chlamydisque notæ
Præmium Pellana virum labori
Tradere sueta,
Objicem nimbo, rapidisque ventis:
Adde Thebanæ sonitus arenæ,
Adde quos ejus reticens Eleusis
Servat honores.
Summa Naturæ facilis potestas,
Et tamen docti meruere famam
Plurimi, verum sine Diis siletur
Utraque virtus.
Ars potens artem superat, nec una
Sola nos omnes meditata pascit.
Mentis est ædes sapientis alto in
Monte locata.
Cujus interpres, Erato, canora
Voce dic artus agiles, manusque,
Vultum & ardentem juvenis supremo
Æthere lapsi.
Ille victrices etiam corollas
Gaudet Ajaci posuisse Oileo
Nuper, & sacram cumulasse fibris
Pinguibus aram.

ODE PINDARI NONA

AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYRIO,

qui puer pugilatu victoriam adeptus est.

Eodem numero, quo illa Horatii, Inclusam Danaen turris ahenea.

ARCANUM relegens Melpomene mei
Cordis, dic ubi sit nomen amabile
Scriptum Agesidami, nam juveni sonos
Dulces debeo, jam diu
Oblitus. Sed enim tuque hilaris Dea,
Supremique Jovis filia Veritas,
Me spreti hospitii crimine solvite,
Et linguæ vitio levis.
Longam pigra dies usque trahens moram
Nos æris cumulo merserat inscios,
Verum cœpta gravis jurgia crediti
Fœnus mitigat affluens.
Ergo fluctus uti littora verberat,
Et conchas rapido perluit æquore:
Detergat veterem sic animi notam
Rivo lingua volubili.
Pendamusque lyra carmina Delia
Speratæ pretium nobile gratiæ:
Locros namque sitos ad Zephyrum licet
Veris tollere laudibus.
Illi Calliopen, & rigidum colunt
Martem belligeri. Maximus Hercules
Cycno compositus principio levem
E pugna retulit gradum:
Sic Agesidamus fessus Olympicis
Cedebat spatiis, sed puero novum
Robur rursus Hylas impiger addidit,
Dextram & brachia dirigens.
Grates victor agat quas Phrygibus fuga
Versis Æmonio persolvit duci
Patroclus. Quoties pectora quispiam
Jam lassis acuit viris,
Horum sæpe decus nubibus arduis
Exæquat Superis auxiliantibus.
Pauci, quos placidos, & sine pulvere,
Vitæ lux honor ambiat.
Sed me jussa Jovis nunc stimulant, uti
Spectaclum egregium, & curriculum capax
Virtutum celebrem, quod tumulo super
Antiqui Pelopis vagus
Alcides statuit, cum Cteatum neci,
Crudelemque simul tradidit Eurytum
Umbrosis nemorum frondibus abditus,
Obsessaque latens via.

Purgati ut pretium grande palatii
 Augeiam facili marte repoſceret,
 Atque utrique memor nuper in Elide
 Conciſas ſocium manus.
Quin Rex ille dolis fretus, & abnegans
 Promiſſa emeritis dona laboribus,
 Conſpexit patriæ mœnia noxia
 Belli merſa voragine.
Urbem vidit inops ignibus hoſticis
 Tradi, & ferri acie funditus erui.
 Infirmos adeo duriter opprimit
 Urgens ira potentior.
Nec vero ipſe manum vindicis Herculis
 Princeps conſiliis fugit inanibus,
 Sed ſervilia poſt vincula flebilem
 Sparſit ſanguine regiam.
At Piſæ ſpolia, & caſtra ferocia
 Victor conſtituens grandibus eſt locum
 Dimenſus ſpatiis, qui ſacer, & Jovis
 Cultu conſpicuus foret:
Sedes primo adytis & penetralibus
 Pura eſt ſumpta Dei, cinctaque mœnibus,
 Circum planities addita, quæ choros
 Et lætas caperet dapes.
Biſſenis ſuus eſt deinde Diis honor
 Alphæoque datus, mons quoque claruit
 Saturni celeber, qui caput antea
 Ignotum nive texerat.
Cum vero ſtadii ritus Olympici
 Primum exortus, ei providus affuit
 Parcarum favor: & cana ſimul dies
 Falſum ſola redarguens:
Quæ progreſſa viris poſterioribus,
 Evulgavit uti cælitibus gravem
 Prædam, & militiæ dona ſacraverit
 Luſtri conditor Hercules.
Sed nunc, Muſa, mihi pande quis aut manu,
 Aut planta volucri, aut mobilibus rotis
 Piſæam tulerit primus adoream, &
 Triſtes fregerit æmulos.
Oeonus ſoboles clara Lycimnii
 Et ditis Mideæ rex agili pede
 Ventos præteriit, lucta Echemus valens
 Ornavit Tegeæ ſolum:
Doryclus patriam cæſtibus extulit,
 Tiryntha altus equis quatuor inſidens,
 Auxit Mantineæ famam Alirothius,
 Phraſtor pennigero ſcopum
Percuſſit jaculo, diſcum Eniceus manu
 Libravit reliquis omnibus altius
 Nubes trajiciens, atque ſtupentium
 Excivit fremitus virum.
Tunc noctis tenebras æthereis plagis
 Pleno diſpulerat Cynthia lumine,
 Reddebatque hominum multiplices ſonos
 Et laudes tremulum nemus,
Clarorum juvenum facta remugiens.
 At nos ut veteres egregium ob decus
 Partum Ageſidamo fulgur & ignei
 Dicemus ſtrepitum poli
Ingentem, atque Jovis tela rubentia
 Torqueri validis commoda brachiis:
 Jungemuſque hilari carmina fiſtulæ
 Blandis tincta leporibus,
Quæ Dirce ſolito tardius edidit.
 Sed ſint grata tibi hæc victor uti patri
 Dulcis progenies, quam mulier parit
 Annis conjugis ultimis,
Illi inſueta novo pectora gaudio
 Demulcens, etenim flebile divitem
 Externis dominis parta relinquere,
 Et natorum inopem mori.
Si quis forte etiam plurima conſcius
 Pulchre geſta ſibi, ſeque alacri manu
 Nomen promeritum lenibus attamen
 Indictus Citharæ modis
Ad manes tacitos triſti abeat via:
 Vexatus variis ille doloribus,
 Et fructu exiguo lætitiæ brevis
 Guſtato miſer occidit.
Teſtudo ſedenim & fiſtula jam tibi
 Stillant, chare pugil, Pierium melos:
 Nec quicquam peregre longius evolat
 Rumore Aonidum vago.
Quarum nunc ſtudio junctus, & inclytam
 Amplexus cupido pectore gloriam
 Locrorum, hunc populum ſuavibus imbui,
 Mellitiſque liquoribus.
Ac noſtris numeris reddita notior
 Laus Ageſidami, quem prope Olympicas
 Aras, & validum vincere, & aſpici
 Pulchrum vidimus antea:
Cum vitæ roſeum ver ageret nitens
 Inſigni facie, cujus ope, & Deæ
 Tutela Paphiæ vivit adhuc placens
 Divis Iliacus puer.

ODE PINDARI DECIMA,

EIDEM AGESIDAMO USURA.

Eodem numero, quo illa Horatiana, Mollis inertia cur tantam diffuderit imis Oblivionem sensibus.

RECTOR navis eget ventis, auraque secunda,
Vernis colonus imbribus.
Si quem post duros hilaris fortuna labores
Respexit, & victoria:
Huic opus est hymnis laudes testantibus altas
Longis nepotum sæculis,
Et qui dent famæ vera argumenta futuræ,
Nec invidorum noxiis
In præceps manibus ruere aut procumbere possint,
Ut concidunt imagines
Sæpe virum, plebis cæco evertente tumultu.
Mansura nos hæc præmia
Emeritis damus: at fœlix sapientia vatum
Afflante cantat numine.
Numinis auxilio tollam te, victor, in auras
Crudis ferocem cæstibus:
Et caput umbratum Pisæa fronde gerentem,
Tecumque Locros concinam
Ad Zephyrū versos. Huc vos properate Camœnæ,
Choros & illic ducite.
Hospita gens certe est, factisque assueta decoris,
Et fortis, & prudens simul
Natura, quam non acris vulpecula mutat,
Nec vis Leonis exuit.

ODE PINDARI UNDECIMA,

ERGOTELI HIMERÆO,

Longo cursu victoriam adepto.

Eodem numero, quo illa Horatii, Sic te diva potens Cypri.

ALTI progenies Jovis
Fortuna atque hominum te venerantium
Servatrix, precor arduæ
Defendas Himeræ mœnia: nam mari
Vectas pondera navium,
Terra bella geris, sævaque prælia:
Per te Pax etiam viget
Armis depositis, atque suus redit
Spretis consiliis honor.
Tu nunc spes alacres tollis ad æthera,
Nunc in Tartara dejicis
Vota elusa virum, nec Deus anxie
Rem magnam aggredientibus
Unquam certa boni signa dat exitus.
Venturi abdita temporis
Sors & conditio est. Sæpe hominem dolor
Gaudentem novus ulcerat.
Jactatus tumido sæpe vir æquore
Mutat tristia prosperis:
Et sese incolumem fluctibus eripit
Momento, Ergoteles, brevi.
Gallo tu quoque par, (quem domus alitem
Pugnacem videt unica.)
Obscurisque ageres, & similis foret
Fluxis laus tua frondibus:
Ni te seditio fervida civium
Armare oppositas manus
Egisset patria præcipitem domo.
Nunc Cnosso procul exulans
Circundas olea tempora nobili:
Bis palma quoque Pythia
Auctus, bis spatiis victor in Isthmiis
Ornas divite gloria
Grati fontis aquas, & tepidos lacus
Quos fœlix Himera accolit,
Natalis profugo jam tibi civitas.

ODE PINDARI DUODECIMA

XENOPHONTI CORINTHIO CURSU

Pentathlo victoriam adepto:

Eodem numero, quo apud Horatium, Vides ut alta, &c.

FRondentem oliva jam triplici domum
Laudare quærens, nec minus advenis
Quam civibus dulces penates
Una opibusque virisque fœtam
Dicam Corinthum, fortis Achaiæ
Insigne limen, Lex ubi & æquitas
Cum Pace consedere, quarum
Alma Themis genitrix sororum.
Hæ civitatum mœnia fulciunt,
Dant temperata divitias manu,
Fastumque pellunt insolentem
Copia quem peperit redundans.
Non jam Camœnis deest animus meis,
Nec facta desunt inclyta. Quis decus
Illustre, nativumque celet
Immemori taciturnus ore?
O gens Aletæ prisca Corinthii,
Vos sæpe summo robore præditos
Certaminis, sacræque pugnæ
Ferre novam revoluta lustra
Videre palmam, vestra sagacitas
Procudit artes mille perutiles:
Primis repertorumque curis
Vita sequens opus omne debet.
Num sacra Bacchi protulit Orgia,
Et Dithyrambos gens alia? aut equos
Frænavit ardentes? vel intra
Templa aquilæ speciem locavit?
Altum Corinthi Musa colit jugum,
Mars acer illic corda ferocia
Pugnacis incendit juventæ,
Et gladios acuit coruscos.
Sublimis ingens Rector Olympiæ,
Pallens ab Isthmo sit Nemesis procul,
Et noxa, victorisque puppim
Usque favens Zephyrus sequatur.
Tuque hujus audi legitimum melos
Justasque laudes Jupiter, & libens
Pisæ coronatum benignus
Luminibus Xenophonta cerne.
Hic incitatis nunc pedibus celer
Quinaque vicit gymnade, quod decus
Non ante Titan vidit almum
Axe diem fugiente portans.
Quin vivo eidem bis apio comas
Velavit Isthmus, nec Nemeæ minor
Quæsita laus est, dum parentis
Vim sequitur, rapidosque motus
Namque ille velox Thessalus ad tuas,
Alphæe, ripas claruit igneo
Jam sæpe cursu, transiitque
Ante alios stadiumque simplex,
Duplexque Delphis sole sub unico:
Necnon Athenæ rupibus asperæ
Huic tres eodem mense norunt
Impositas operum coronas.
Decursa junge Ellotia septies
Imbuta castæ sanguine virginis:
Sed Thessalum patremque mulcet
Pteodorum magis illa palma
Quam terra binis æquoribus madens
Porrexit ollis, præcipuam & sono
Plectroque sublimi canendam:
Quid Nemea Herculei leonis,
Nutrix, ut ambos nubibus arduis
Invexit, ô Dii, claraque Pythia,
Ut fortibus factis eorum
Attonitos tribuere plausus!
Forsan molesta est auribus invidis
Ingens honorum turba frequentium:
Multi attamen restant, nec illos,
Nec Libycæ cumulos arenæ
Subducet ullus. Rebus in omnibus
Spectare tempus convenit, & modum
Servare. Porro nunc beatis
Non Ephyres alienus oris:
Dicam sagaces quos tulerit viros
Olim Corinthus, quosque ferocibus
Idoneos heroas armis,
Ore nihil memorante vanum.
Jam primum acuti Sisyphus ingeni,
Parque efficaci consilio Diis
Hinc ortus, & Medea spreto
Phasiaco genitore, Graium
Secuta amantem duxit ab hac genus
Insigne terra, sedula remigum
Custos Achivorum, ratisque
Insolitum per iter volantis.
Profecti & illinc armigeri duces
Trojæ sub altis culminibus sacræ
Teucrumque, Graiorumque binis
Oppositi viguere castris.
Hi dum Lacænam Tyndarida Atrei
Nato reposcunt, hi thalamum Phrygis
Raptoris obnixi tuentur
Ferro & opes Danaas refringunt.
Quos inter hostes terruit unice
Glaucus Pelasgos: hic etiam tumens
Narrabat extructos Corinthi
Bellerophontis avi penates,
Fulgere late regnaque ditia.
At multa durus Bellerophon tulit
Dum Pegasum vincire tentat
Anguicoma genitum Medusa.
Pyrenæ aquosis marginibus vagus:
Olli priusquam tempora languido

Sopore

Sopore presso visa Pallas
Porrigere auxiliare frænum:
Quod Diva monstrans, Æolida, solo
Consurge, dixit, jam nimium diu
Destertis: eia tolle equinum,
Tolle manu vigilante philtrum.
Atque id parenti, qui regit æquora,
Acresque nutu flectit equos celer
Ostende: ne taurum ferire
Parce maris domino inquieti.
His ille dictis prosilit ocyus,
Stratumque sancta corripiens humo
Miraculum fabrile nota
Coiranidæ petit antra vatis.
Qui somniorum gnarus, & audiens
Noctis sub umbris Palladio virum
Dormisse templo, moxque Divam
Munus ei tribuisse lætum:
Auri regentis Cornipedes feros,
Cædi imperatam protinus hostiam
Neptuno, & aram collocari
Belligeræ statuit Minervæ.
O quam supremis Diis facile ardua, &
Majora votis omnibus exequi!
Namque alitem constrinxit olim
Pegason imperiosus heros
Favore Divum, postquam eques aspero
Luctantis ori vincla tenacia
Injecit, ex illoque sæpe
Vectus equo juvenis volanti
Lusit per auras irradiantibus
Armis, & acri vicit Amazonas
Gelu rigentes, & Chimæram
Flammivomam, & Solymos feroces.
Cantare fortis fata piget viri
Suprema: at olim Pegasus obsequens
Mortali habenæ, nunc Olympi
Pascitur æthereis in oris.
Sed cur relicto tela mihi scopo
Licenter errant avia? jam decet
Signum arduum metamque certis
Ictibus oppositam ferire.
Veni, ut minister Pieridum forem,
Ferremque in auras facta Oligætidum:
Ceu cui Isthmiæ frondes eorum,
Ceu Nemeæ placeant coronæ:
Quarum ecce versu concipiam brevi
Examen ingens: bis tricies domus
Claræ nepotes hic & illic
Præco tuba cecinit frementi.
Nec rara pugnæ præmia Olympicæ
Jam dicta nobis si qua volubilis
Adjunget ætas, illa posthæc
Exequar. Est enim futuri
Spes cæca, & alto pendet ab æthere
Eventus anceps: quodque Oligætidis
Sors addet, acceptum feremus
Omne Jovi, Geticoque Marti.
Verum hanc virorum progeniem, quibus
Parnassus olim laudibus extulit
Argique, Cadmææque Thebæ,
Et Jovis ara potens Lycæi.
Quantæ est eorum conscia gloriæ
Pellana, Eleusis, & Megara, & domus
Prisca Æaci pulsata fluctu
Assiduo, Sicyonque densis
Vestita olivis, & Marathon nitens,
Sicanæ & urbes divitiis graves.
Quod si inclytas scrutere circum
Grajugenum peregrinus oras:
Vix est ut unquam luminibus vagis
Lustrare possis singula Martiæ
Trophæa gentis, sed mihi jam
Passibus hinc levibus migrandum.
Tu Rex Deorum Juppiter effice
Ut usque nostris adsit honos gravis
Concentibus, nostroque semper
Roscida mella cadant ab ore.

ODE PINDARI DECIMATERTIA

ASOPICO ORCHOMENIO

Filio Cleiodami, stadii cursori. Eodem numero quo apud Horatium,

Mecœnas atavis edite Regibus.

CEPHISI vitreum flumen amabiles
Sortitæ Charites, quas genitrix equum
Pulchrorum Orchomenos suspicit,& colunt
Audaci Minyæ remigio inclyti:
Nostrum hoc lene melos percipite auribus
Puris divæ hilares. Si quid enim placet,
Si quid dulce hominum sensibus affluit,
Si quisquam aut sapiens, aut facie nitens
Insigni, aut meritis clarus honoribus,
Debentur lepidis omnia Gratiis.
Non absque his Superi sidera deserunt,
Intersuntque choris, & dapibus sacris:
Quin summo unanimes æthere virgines
Solæ cuncta regunt, atque sedilibus
Circum dispositis, undique Apollinem
Cingentes medium patris Olympici
Æternum numeris concelebrant decus.
Formosa Aglaïa, ac Euphrosyne decens,
Et tu læta novis Thalia cantibus,
Spectate hunc placidis luminibus chorum,
Qui vocem atque pedem commovet alite
Felici: huc & ovans venit Asopicum
Dicturus celerem carmine Lydio:
Cum quo urbs alta Deæ, quæ Minyas alit
Per vos nunc media fulsit Olympia
Victrix: sed modo tu fama sonantibus
Alis Elysium labere sub nemus:
Atque illic memora Cleiodamo patri
Victoris pueri, natus uti tener
Flavi cæsariem verticis auream
Ramo Palladiæ cinxerit arboris,
Ventis vere novo flantibus ocyor.

Olympiorum Pindari FINIS

EPITAPHIUM CAROLI IX.

FRANCORUM REGIS CHRISTIANISS.

Eodem Sudorio Auctore.

IN lucem duplici fato bellator Achilles
Venit, & ad Trojam pergenti magna laborum
Gloria promiſſa eſt, ævi ſors longa negata.
Quod ſi occulta virum tellus aluiſſet inertem,
Cana ſed ignoto fuerat ventura ſenectus :
Prætulit ille tamen laudem ſocordibus annis.
Tu quoque Achillæis non diſpar viribus ingens
CAROLE, dum ſedes bello defendis avitas ,
Conſilioque artes, & vim virtute repellis,
Occidis,heu, lachrymiſq; imples & queſtibus orbē,
Ante diem raptus. Te Gallus triſtis, Iberque,
Sarmataque Arctois fraternus luget in oris.
Te populi Auſoniæ plorant , Tiberiſque recenti
Morte tua volvit mœrentes turbidus undas.
Ipſe Parens orbis Romana in ſede locatus
Luminibus largum fundit cæleſtibus imbrem.
Ac veluti Æacidem deflevit cærula mater ,
Sic etiam imprimis genitrix te Diva ſepultum
Conqueritur, nymphas inter proſtrata dolentes,
Crudelem ad tumulum, quo nunc vis illa decori
Corporis, & prudens fandi ſolertia, & acris
Ingenii vigor, & pietas immota teguntur.

PYTHIA

PYTHIA PINDARI

LATINO CARMINE REDDITA,

PER

NICOLAUM SUDORIUM

In Suprema Parlamenti Curia Præſidem Inquiſitionum.

AD
AMPLISSIMUM VIRUM
CHRISTOPHORUM THUANUM,

In intimo Conſilio Regis Conſiliarium, & Pariſienſis Curiæ primum Præſidem, Præfatio Nicolai Sudorii in Pythia Pindari e Græco ſermone in Latinum converſa.

CUM antiquis illis & heroicis temporibus (Vir ampliſſime) humanum genus nullis adhuc libidinum & voluptatum pravis oblectationibus deditum eſſet, ſed frugaliter, ſobrie, & naturæ convenienter viveret, pauci admodum, ut Plato ſcribit, in civitatibus medici erant: atque ii corporum morbos ſimplici quadam & aperta & minime ſubtili ratione curabant, ante medicum Herodicum, qui cum corpore imbecillo, ingenio autem valido eſſet, anxiam illam, nimiſque accuratam, quæ nunc frequentatur, medendi viam primus reperiſſe, ac ſibi cæteriſque valetudinariis hominibus, non morborum curationem, ſed languidam mortem excogitaſſe dicitur. Sicuti autem ſtatim initio ab hominibus ingenio præſtantibus facilis illa & minime curioſa corporum medicina inventa eſt, quam doctiſſimus vir Hippocrates ἀρχαίην ἰητρικὴν appellat, ſic etiam ægritudinum animi multa olim ab excellentibus viris remedia quæſita & comparata ſunt. Quæ omnia antiquitas uno Philoſophiæ nomine comprehendit. Atque hæc ipſa philoſophia à poëtis omnium primis exculta & tractata eſt. Quos Cicero doctorum & eruditorum hominum antiquiſſimos vocat. Etenim cum nondum ingenia humana ſceleribus extremis flagitiiſque fœdata & inquinata eſſent, ſed maxima adhuc mortalium pars ad id quod rectum & honeſtum eſt natura duce contenderet, Poëtarum ſuavis & numeroſa & illuſtribus exemplis referta oratio ſatis adhuc poterat ad animos dociles & rationi obſequentes vitiorum pravitatibus expurgandos, ac veræ virtutis & gloriæ ſingulari quodam ſtudio & deſiderio inflammandos. Sed poſtquam, ut inquit longe optimus Poëta,


------Tellus ſcelere eſt imbuta nefando,
Juſtitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,
Deſtitit extinctos natus lugere parentes,
Optavit genitor primævi funera nati,
Liber ut innuptæ potiretur flore novercæ:
Omnia fanda nefanda malo permiſta furore.

Tunc profecto inter populos vero numinis cultu carentes, nec Homeri, nec Heſiodi, nec cæterorum hujuſmodi poëtarum ſcripta ſatis pro juſtitia, modeſtia, temperantia, fortitudine, contra injuſtitiam, audaciam, libidinem, & cætera vitiorum portenta valuere: ſed illa adverſus pravitatem & vitioſitatem omnem certandi ratio excogitata eſt longe ſubtilior & acutior, quam à Socrate proditam Plato & Ariſtoteles, ceterique philoſophi ſtudioſe excoluerunt, & crebris diſputationibus ſuis libriſque illuſtrarunt. Ac ſi verum amamus, id ſane fateamur neceſſe eſt Poëticam artem a philoſophia non inſtituto, ſed tempore & ortu, non rebus, ſed numeris & modis ſejunctam & ſeparatam eſſe. Quod cum ex vatibus aliis, tum præcipue ex Homero poëtarum omnium principe & parente cognoſcere facillimum eſt, qui nec nobis Agamemnonis gravitatem, neque Achillis præcipitem iracundiam, neque Ulyſſis pru-

dentiam, neque Thersitæ temeritatem, neque Hectoris robur, neque Paridis mollitiem, neque Nestoris sapientiam, neque Ajacis & Diomedis magnanimitatem per totum poëma suum ob oculos posuisset, neque facta præclara miris in cœlum laudibus extulisset, neque flagitia in bello aliisque in locis admissa toties vituperasset, nisi musico illo & modulato genere scribendi id ipsum quod philosophi postea conati sunt, jam tum assequi studuisset: ut scilicet homines vitiorum quasi deformitatem exosi universæ honestatis pulchritudinem cupide inspectantes adamarent. Jam vero quis non apud eundem authorem & Jovem regnis, & Palladem Martemque bellis, & Mulciberum opificiis, & Æolum ventis, & Neptunum mari præfectos intelligit, ut Poëta divinus singulas mundi partes orbemque universum diversis unius providentiæ summæ consiliis & potestatibus administrari ostenderet? Longum esset, si recensere vellem ut semper apud Homerum dissimilia vitæ morumque instituta dissimiles quoque exitus & præmia pœnæve consequantur. Quis non Odysseam legens Polyphemum impium male mulctari, Ulyssem vero deorum auxilio fretum tandem aliquando conjugi & liberis incolumem restitui lætatur? Quis non Phæacas justitiæ & hospitii cultores, regique suo morigeros & obsequentes divitiis bonisque omnibus cumulari: Ithacenses vero proceres conjugio Principis regnoque insidiantes, tandem ab ipso confici & trucidari tacitus apud se gaudet & approbat? Post illum autem omnis poëticæ facultatis & elegantioris doctrinæ authorem antiquissimum, facile doctorum omnium judicio secundum Pindarus locum obtinuit, qui cum in ea tempora incidisset, quibus in Græcia egregia paucorum hominum virtus adversus infinitam Persarum multitudinem enituisse dicitur, immensam illam & infinitam eloquentiam suam totam in magnorum & excellentium virorum perpetua commendatione ac laude consumpsit. Quod si singularum ejus odarum materiam & argumenta diligenter excutias, hanc de optimo reipublicæ statu, illam de temperantia & continentia, aliam de dolore fortiter tolerando conscriptam invenies: cæterisque omnibus nihil fere nisi grave & serium & juventutis moribus conformandis valde necessarium contineri. Hic denique unus poëta est inter omnes, ex quo quid honestum, quid turpe, quid utile, quid inutile, quid fugiendum, quid optabile sit, non minus quam ex Chrysippi aut Crantoris scriptis percipi possit. Atque hæc quæ diximus in rebus ipsis elucent, in verbis autem & numeris Pindari tantus est splendor, tanta gravitas, tanta sublimitas, & grandiloquentia, ut eum non immerito Horatius violentissimi torrentis more incitatum ruere, omniaque sibi obvia rapere secum & auferre dixerit. Non prætereunda est hoc loco Aristotelis verissima sententia, qui in libro de arte poëtica scribit, excellentis poëtæ summum artificium esse, τὰ πράγματα τιθέναι πρὸ ὀμμάτων, hoc est, omnia ita luculente describere, ut quæ narrantur non recitari, sed potius fieri coram gerique videantur. Hujus tam egregii operis sibi gloriam & palmam suo quodam jure Thebanus vates vindicat: argumento est locus ille primæ Pythiorum Odæ, in quo montis Ætnæ, illa ætate insignis, fumi atque ignes certis temporum vicibus distincti, non tam commemorantur, quam quasi in tabula effícti pictique proponuntur: quod poëtæ Græci inventum cum in tertium Æneidos Virgilius transferre voluisset, quemadmodum ostendit Macrobius, verborum quidem sonitum & strepitum expressit, sed res ipsas rerumque ordinem, quod tanti viri pace dixerim, perturbavit atque confudit. Quod vero in uno tantummodo ingeniosissimi poëtæ carmine ostendimus, id per alios omnes hymnos æqualiter sparsum & diffusum reperietur. Quæ omnia cum apud me sæpissime reputarem & considerarem, operæ pretium me facturum existimavi si poëma longe pulcherrimum ex obscurissimis antiquitatis tenebris eruerem, & adhibita paulo liberiori ac fusiori difficilium locorum interpretatione in lucem solemque proferrem. Nec vero defuturos arbitror qui me (quoniam in literis ætatem agere decrevi) ad studia quædam poëticis fabulis severiora revocent, nostramque operam & industriam, si qua est, melius multo in jure civili illustrando, quam in poëta dithyrambico imitando collocari potuisse existiment. Verumenimvero, ut personæ quam sustinemus nonnulla alia magis convenire & congruere fatemur, & ne illa ipsa aliquando attingere liceat, minime nobis interdictum putamus: sic Pindaricam poësim tot rerum gravium & magnarum cognitione abundantem, ad vitæ communis usum spectare in primis & pertinere arbitramur. Ac si Socrates, ut est in Phædone Platonis,

aliquando

aliquando per insomnium admonitus τὴν μουσικὴν καὶ ποιήματα ποιεῖν, ὡς φιλοσοφίας μεγίστης οὔσης τῆς μουσικῆς, Dei præcepto jussisque paruit: & quemadmodum ipse ait, Æsopi fabulas, quas tum in manibus habebat, versibus complexus est, quod eas ad vitæ morumque emendationem perutiles esse existimaret: mihi, ut opinor, minime vitio verti debet quod debito ab omnibus philologis munere defungi statuerim in eo potissimum vate exprimendo, cujus poësis tot verborum sententiarumque luminibus distincta & ornata est, tanta rerum illustrium multitudine locupletata, ut in ea cum gravitate suavitas, cum voluptate & delectatione utilitas certare & contendere videatur. Scio equidem, & ingenue præ me fero, non me singula curiose authoris verba quasi appensa & adnumerata reddidisse. Sed culpam hac in re, si qua nostra est, hi facile excusabunt qui utriusque linguæ proprietatem, conditionem, & quasi genium novere. Tanta enim illarum inter se diversitas & differentia est, ut qui singulas Græci scriptoris voces interpretari velit, ineptissime in Latino sermone Græce loqui cogatur: & dum syllabis adhæret & affixus est, à sententia sensuque authoris longissime aberret. Atque utinam (Vir Amplissime) cæteros omnes tam æquos laboris nostri judices & æstimatores habeamus, quam teipsum futurum confidimus, cujus is est candor eaque eruditio & virtute quæsita authoritas, ut Pindarus Thebanus gratiorem se omnibus & acceptiorem quam antea fore crediderit, si more Græcorum te sibi in Gallia προστάτην, & patronum, peregrinus incola delegisset.



PYTHIA PINDARI
LATINO CARMINE REDDITA,
PER
NICOLAUM SUDORIUM,
In ſuprema Parlamenti Curia Præſidem Inquiſitionum.

ODE PRIMA HIERONI
ÆTNÆO, SYRACUSANO REGI,
curru victoriam adepto.

Eodem numero, quo apud Horatium, Vides ut alta ſtet nive candidum.

FLAVI ſupellex aurea Cynthii,
Grata & ſororum dos Aganippidum
Teſtudo dulcis, quæ choreis
Imperitas agilis juventæ.
Cui cantus & vox paret, ubi ſonum
Percuſſa primum mittis in aëra:
Tu fulgor extinguis coruſcum,
Tu rapidum Jovis una fulmen
Iramque placas: quin aquila alitum
Regina per te molliter accubans
Sceptro Tonantis in ſoporem
Labitur, & patulas utrinque
Extendit alas, hanc ſuperi vident
Cum nigra nubes lumina condidit
Languenti, & irrepſit per artus
Blanda quies ſaliente pulſu,
Dorſum erigentem leniter, ac tuis
Jacere victam vocibus: horrifer
Mars ipſe te lætum ſonante
Depoſitis recreatur armis.
Mulcent beatos carmina cælites
Phœbo atque Muſis plectra moventibus:
At quos deum regnator odit
Juppiter, hi numeros tremiſcunt,
Terris & undis omnibus anxii.
Talis Typhœus incola centiceps
Lugentis Orci, qui profanus
Crevit atris Cilicum ſub antris.
Nunc vero Cuma huic oraque Trinacris
Villoſa ſetis pectora contegit,
Ac fulciens cælum nivoſis
Ætna jugis, cohibet frementem
Giganta, & illinc mons Siculus cavis
Eructat ignem rupibus, ac nigro
Interdiu exundante fumo
Solem operit glomerata nubes.
Noctu perurit ſaxa rubentia
Incenſa fornax, & ſcopulos rotat
Vulcanus, ardenteſque in æquor
Projicit horribili fragore.
Sic ergo flammæ ſulfureos globos
Alte rejectat numinis impius
Hoſtis, videnti triſte monſtrum,
Atque gravis tremor audienti.
Cum mens revolvit qualiter obrutum
Typhœa terra vincla coerceant,
Terga ut ſupini ſtrata tellus
Muricibus laceret cruentis.
Poſſim ſupremo, poſſim utinam Jovi
Placere ſemper, quem juvat arduus
Mons Ætna, frons agri feracis,
Sicaniæque caput beatæ.
Cognomen Ætnæ ſumpſit & oppidum
Quod bellicoſus rex Hieron recens
Fundavit, extructoque lauri
Impoſuit viridem coronam:
Poſtquam incitatis Pythia curribus
Devicit, atque id clariſonis canens
Clangoribus præco replevit
Altifremi cuneos theatri.
Hæc prima nautis proſperitas mare
Vaſtoſque fluctus ingredientibus,
Cum protinus fune exoluto
Blanda ratem comitatur aura.
Curſus ſecunda nam ſemel alite
Cœptus per undas, remigibus vagis
Sedes ad extremum quietas
Spondet, aquis procul & periclis.
Sic Ætna primis condita mœnibus,
Palmæque compos facta ſimul novæ,
Seſe indicat poſthac futuram
Innumeris hilarem coronis,

 Claramque

Clarumque cursu cornipedum levi,
Sumptuque mensarum ubere nobilem,
Hoc omen ô Thymbræ firma,
Qui Lyciam regis atque Delon,
Longasque lympha Castalia comas
Mersare gaudes, sit regio hæc solo
Fœcunda per te, plurimosque
Læta sinu foveat colonos.
Tibi ac benignis numinibus bona
Debemus omnes omnia, seu manu
Victrice seu lingua valemus
Flexanima, æthereave mente.
At nunc parentem nobilis oppidi
Voce atque dulci concelebrans lyra,
Non vana nec vibrata frustra
Tela leves jaciam per auras,
Rudisve signatum egrediar scopum:
Sed forti in altum spicula brachio
Mittam, & volantes æmulorum
Dexteritas mea vincet ictus.
Sic usque in aula divite floreat
Servetque partas rex Hieron opes,
Sic calculi sævos dolores
Frangat ei minuatque tempus.
Tempus diesque longa hominum memor
Rerumque testis fida perennium,
Loquetur ut pugnarit olim,
Inque acie steterit cruenta
Infractus, acer, vir Siculus gravi
Vexantque morbo belligerum latus,
Cum regna quæsivit Gelonis
Martigenæ auxiliante dextra.
Græco obtigerunt qualia nemini,
Nec cuiquam honorum par columen datum.
Quin nuper ut Pæante natus
Æger adhuc sua castra obivit,
Gnavæque lecticæ impositus feros
Prostravit hostes, jamque animo tumens
Quidam coactis hunc adorat
Obsequiis humilique vultu.
Herois ægri scilicet æmulum,
Quem saxa propter Lemnia saucio
Crure ejulantem missa Graium
Lecta manus juvenum evocavit
Ad bella rursus, quod pharetram Herculis
Arcumque ferret vulnifica manu,
Queis fretus albentes superbam
Ilion in cineres redegit:
Et fine Achivum prælia nobili
Conclusit artus debilis, & gradu
Tremens, sed invictus potentis
Lege rata serieque fati.
Uti hunc, Sicanæ sic dominum plagæ
Sanare possit adveniens dies,
Et quicquid ardens concupiscit
Sydus ei tribuat benignum.
Sed non camœnæ sufficit auribus
Cani dedisse hæc principis, illius
Ni fortis heres incitatæ
Audit adhuc sonitum quadrigæ.
Clari parentis palma domestica
Dulcisque natis. Ergo fides move,
Rectori & Ætnæ juniori
Finge novos numeros Thaleia,
Cives regendos huic genitor dedit
Laxis habenis, nec sine libero
Virtutis usu, regulaque
Doride struxit opus decorum,
Lycurgi alumnos mœnibus ambiens.
Porro hoc tyrannorum impatiens genus,
Atque immori pugnant Lacænis
Legibus Ægimiique norma,
Quicunque celso Taygeti jugo
Missi aut Amyclis fortibus Herculem
Jactant parentem, ac gloriantes
Tyndaridas & equis & armis.
Rex summe divum, juxta Ameni vada
Sonantis illud regibus inclytis,
Gentique dones ut remissa hæc
Imperii maneat cathena.
Ni fallor augur, per te Hieron simul
Mulcens faventes muneribus tribus,
Natumque præceptis, quieta
Dissidium procul urbe pellet.
Hæc præter oro Juppiter, ut manus
Phœnissa Tuscum & barbaricus furor
Formidet hostilem fugata
Classe semel renovare motum.
Infecta norunt æquora sanguine,
Quæ sub Sicano pertulerit duce
Tyrrhenus audax, & feroces
Sidonii mala quanta passi:
Norunt juventæ robora ut Italæ
Dejecta ab altis puppibus in mare
Immerserit, Graiisque duræ
Depulerit juga servitutis
Ætnæus heros: cum mihi Cecropis
Visuntur arces, tunc Salamis subit,
Spartæ virorum strage opertas
Cernere adhuc videor plateas.
At ripa cum me vasti Imeræ tenet,
Hymnum beati Deinomenis juvat
Cantare natis, quem subacto
Trinacrii meruere Pœno.
Qui multa paucis stringere commode
Novere, morsus hi facile invidos
Spernunt, & auris mensque pura
Omne supervacuum rejectat.
Spectantum adurit saucia pectora,
Ægrosque sensus alterius decus:
Pulchra attamen molire, livor
Luctificis melior querelis.
Rerum gubernaclum assidue manu
Converte justa, lingua Hieron tibi
Incude conformata vera,
Usque sonum referat fidelem.
Errata semper maxima principum
Quæ parva credas, innumeræ potens
Das jura plebi, quam nec acta
Impia nec benefacta fallunt.
Cervice quod si perpetuo ardua
Sublimis optas dulcibus imbui
Famæ susurris, ne beato
Parce bonos cumulare censu.
Ut nauta velum flatibus explicat,
Sic tu sonoris præmia versibus
Propone, nec fucata lucri
Te species & imago tardet.
Cerne ut superstes gloria fortium
Duret virorum, musaque mortuos

Decantet illos, & pedestres
Historiæ decorent nepotum.
Crœsi benigni floret adhuc recens
Virtus: at æneum Phalaridis bovem,
Ignesque sævos damnat ætas
Civibus illachrymans perustis.
Nec cum puellarum & juvenum chori
Ludunt sub altis ædibus, artifex
Tibicen accitus ferocem
Consociat numeris tyrannum.
Sors prima vitæ vincere, & altera
Hymnis merentem grandiloquis cani:
Utrumque nactus tempora ingens
Syderea religat corona.

ODE SECUNDA,
REGI HIERONI, CURRU
victoriam adepto:

Eodem numero quo apud Horatium, Jam satis terris nivis atque diræ.

QUATTUOR sectæ Syracusæ in urbes
Fervido sedes adamata Marti,
Ferro ubi splendente furor virorum
Gaudet equumque.
Carmen hoc Cadmi nitidis ab oris
Affero vobis, meritasque laudes
Aurei currus quatientis imam
Turbine terram.
Quo vir insistens Siculus micanti
Cinxit illustrem Ortygiam corona,
Insulam undosæ sacra sustinentem
Templa Dianæ.
Non sine hac nuper manibus decoris
Fulgidas tractans Hieron habenas,
Compares frænavit equas volantes
Pulvere Graio.
Nam citas postquam insiliit quadrigas,
Ille flagrantis moderator Ætnæ,
Et jugo insedit placidum precatus
Numen aquarum:
Protinus Maia satus, Artemisque,
Regis afflarunt capiti decorem
Lucidum, huic ambo nivea prementes
Tempora dextra.
Cæteris vates alii tyrannis
Grande virtutem precium sonantes
Conciunt hymnos, tibi nostra victor
Solvimus ora.
Civium lingua modulante fertur
Cypriam clarus Cyniras per urbem,
Quem sacerdotem Venus atque dulcem
Legit alumnum.
Phœbus aurato radians capillo
Fovit imprimis, meritis & illi
Parta laus, quorum sequitur laborem
Debita merces.
At domo egressæ thalamisque flavæ
Locrides, victor, tua facta cantant,
Liberis per te nitidum videntes
Lumen ocellis.
Namque ab illarum pavidus fugasti
Mœnibus longe Cleophronta dirum:
Unde solennes ubi lux reduxit
Alma choreas,
Sæpe saltantes iterant, ut orbi
Fervido Ixion miser alligatus,
Se sequens & se fugiens per umbras
Talia clamet:
Discite acceptis similem referre
Gratiam, ô manes, superæque gentes.
Sed quis hoc tristi dubitet monentis
Credere fato?
Ille sublatus tenues in auras
Et diu dulci recreatus ævo
Cælitum, magnæ tulit insolenter
Munera sortis.
Namque Junonis facie decora
Arsit incestus, licet illa soli
Ætheris Regi socios in ævum
Servet amores.
Ergo ei pestem furor & cupido
Attulit cæcus, meritumque pœna
Torquet insignis stygios & inter
Mira labores.
Primus ultrices fugit error iras,
Asperat divos iterata culpa.
Durus Ixion socerum doloso
Torruit igni,
Tristis horrendæque necis parentum
Author infelix: & adhuc superbum
Fertur aggressus thalamum Tonantis
Turpibus ausis.
Se suo prudens pede metiatur
Semper, illustres violatus hymen
Sævit in mœchos, vetus hoc Olympi
Monstrat adulter.
Qui levem amplexus nebulam, premensque
Brachiis ventos animum fugaci
Gaudio pavit, ratus esse pulchros
Corporis artus.
Sic Reæ natam gravitate & ore
Mobilis nubes referebat, ex qua
Natus invita Venere & Diana
Filius horrens.
Quem viri nullo coluere honore,
Nec dii ingentes habuere charum,
Ipsa Centaurum genitrix pudendo
Nomine dixit.
Thessali turpem pecoris maritum
Atque equæ junctum, genus unde mista
Prodiit forma, simile ora patri
Tergaque matri.
Talibus divum sator ille monstris
Hospitem lusit radiantis æthræ,
Huic deæ fingens speciosa membra, &
Damna decora.

Quin ſibi Ixion fabricatus ipſe eſt
Concitos orbis radios cruenti,
In quibus plantis manibuſque vinctis
Volvitur exſpes.
Cumque adhuc nexu tremeret recenti,
Huic Deus facti memor imperavit,
Semper ingratis hominum tremendas
Rumpere voces.
At Deus rerumque potens voluntas
Cuncta ſupremo ſibi deſtinata
Perficit nutu, Deus inquieto
Rege volantum
Ocyor nubes ſecat, & per æquor
Triſte Delphinas ſuperat natantes,
Et viri elatum caput eminentis
Tergaque curvat.
Supplices idem timidoſque terra
Erigit vultus, & honore donat:
Sed feros morſus procul evagata
Effuge Muſa.
Non vides in te Archilochum parentem
Horridos dentes? gravis hunc egeſtas
Urget, hic frendens odio & cavillis
Paſcitur atris.
Qui bonam juſtis opibus paratis
Copulat mentem catus atque dives,
Ille vir felix, Hieron, & aſtris
Natus amicis.
Tu tibi & genti locuples ſagaxque,
Urbium ô rector, quibus alta circum
Mœnia aſſurgunt, Siculæque ductor
Militiai.
Si quis & forſan putat ante Graium
Cuipiam partos ſimiles honores,
Aut opes æquas, vagus ille cæcis
Errat in undis.
Jam juvat laudum pelagus tuarum
Rurſus ingreſſum dare fauſta vela
Dulcibus ventis: tua namque in armis
Acta juventus.
Et frequens olim tibi palma rapta eſt,
Sive eques celſum rueres in hoſtem,
Sive in armatos pedes enſe nudo
Cominus ires.
Utque tu primis animoſus annis,
Sic te adhuc curæ decorant ſeniles,
Atque iter latum mihi laudis ætas
Utraque pandit.
Magne vir ſalve, tibi mercis inſtar
Carmen hoc longe ſuper alta miſſum
Æquora immenſi precium repoſcit
Grande laboris.
Auribus puris ades, æſtimaque
Anxie cantum citharæ ſonantis
Vocibus ſeptem, ſtabilique felix
Utere regno:
Donec id ſenſu memori tenebis,
Simiam tantum pueris placere,
Nec viros turpi ſaliente monſtro
Ludificari.

Vixit inſigni Radamanthus ævo,
Illius clauſas quia ſemper aures
Livor offendit, neque cor inunxit
Dulce venenum.
Quale ab illorum cadit ore qui ſe
Invidi vexant, alioſque carpunt,
Probra jactantes, ſimileſque canæ
Pectora vulpi.
Forſitan ſeſe levibus ſuſurris
Vana victricem fore turba credit,
Credit incaſſum, mea namque lædi
Neſcia fama.
Ac velut captis onerata thynnis
Retia abſorbet Pelagus, ſed alte
Enatat ſuber, medioque celſum
Æquore ludit:
Sic meum emergit tumidis ab undis
Pulchrius nomen: ſed enim vir aſtu
Præditus nunquam loquitur feroci
Fortia lingua.
Verum amicorum ſimul hoſtiumque
Cultor obſcuram tegit arte mentem
Degener: tales mihi nulla fingent
Tempora mores.
Diligam charos homines aperte,
Nec mea inviſos fugiet ſimultas,
Quos tamen nitar dubio inſequentes
Fallere calle:
Ut via currens lupus hac & illa
Tentat elabi canibus malignis:
Cæterum civis ſapienter audax
Utilis urbi:
Sive eam ſceptro moderetur unus,
Sive vox turbæ regat inſolentis,
Sive prudentes vigili labore
Mœnia ſervent.
Ille quem tabes edit invidentem
Ne putet ſe plus Jove poſſe ſummo:
Juppiter nunc hos decorat, modo illos
Tollit in altum.
Quæſtum & infamem cohibet dolentis
Sorte vicini nimium ſecunda:
Sed parum hæc proſunt, neque corda Muſæ
Livida ſanant.
Interim & ſtulti ſua vota ſpeſque
Regula ingenti male metiuntur,
Atque manſurum capiunt ſub alta
Mente dolorem:
Nec tamen laudes hominumque famam
Obruunt. Quod ſi nocitura apud te
Eſt mihi fallax & iniqua vatis
Lingua doloſi:
Hoc jugum victor patiente collo
Sponte jam pridem domiti feremus.
Non bene urgenti ſtimulo repugnat
Taurus arator.
Et vir incaſſum ſuperare fata
Nititur: ſed dii tamen uſque nobis
Detur inſignes hilarare cœtus
Voce canora.

ODE

ODE TERTIA
HIERONI REGI, EQUO CELETE
victoriam adepto:

Eodem numero quo apud Horatium, Altera jam teritur bellis civilibus ætas, Suis & ipsa Roma viribus ruit.

CUM te morbi Hieron vexent nil tale merentem,
(Vulgare ni me forte votum dedecet)
Phillyrides utinam Chiron, Saturnia proles,
Purum revisat luce cassus aëra:
Thessalicisque iterum Centaurus regnet in oris,
Pio benignus pectore & membris ferus:
Qualis quondam aluit cupidum lenire dolores,
Et omnis hostem pestis Æsculapium.
Atque hunc cum Phlegia magno sata pulchra Coronis
Alvo tumente ferret infantem rudem,
Nec dum fœta parens facilem Ilytheian haberet,
Sævis Dianæ fixa telis concidit,
Lethæamque dolis innavit Apollinis undam,
Cubile mutans floridum umbris tristibus:
Non Jove natorum vana est aut debilis ira:
Coronis uni juncta Phœbo amabili,
Atque illum teneris primum complexa lacertis,
Tandem expetivit nympha mortalem thorum
Clam genitore, neque est deterrita semine fluxo
Altum deorum sanguinem confundere:
Nec potuit tædas thalami expectare mariti,
Dapesque festas, nuptiales & sonos,
Quos iterant ætate pares formaque puellæ,
Desideratus cum nitet cœlo Hesperus.
Sed qui virginibus mos pluribus, illa propinquo
Longinquum amorem prætulit Cupidini.
Mortales inter miseros gens vivit inanis,
Quæ cognita alto negligens fastidio,
Semper inexpertis inhiat, speque haurit avara
Diffusa cœlo nubila & ventos leves.
Hunc numerum inconstans Hyperionis auxit amica
Nurus serena fronte, periura fide:
Inque sinu Arcadici juvenis lasciva quievit,
Nec excubantem fugit augurem deum,
Qui rerum prudens cunctarum, & reddere suetus
Obliqua ad aras Delphicas oracula,
Ipse suam cecinit vero sibi carmine sortem:
Læsosque amores Cynthius falsi fugax,
Et fraudes retegens omnes hominumque deumque
Si quid latenti mente vel manu struant.
Tunc quoque ut Eilatides semel est deprensus adulter,
Detecta & illi furta corruptæ domus,
Protinus ultrices Dictynnam hortatur in iras,
Inferre & arvis Thessalis pedem jubet.
Bœbiadem accoluit fallax nam virgo paludem,
Nec infidelis distulit pestem dies:
Pestis eam rapuit vicinasque horrida gentes
Contagione stirpis haustas Regiæ.
Sic sæpe exiguo Vulcani semine lapso,
Exorta sylvas devorant incendia.
Sed quando imposita est flammis extincta Coronis,
Illamque flagrans undique involvit rogus:
Tum Phœbus commotus ait, proh! flebile, natum
Pœnis parentis immori crudelibus!
Non patiar genus æthereum feralibus addi
Bustis. statimque fatus hæc Delphis Deus,
Transit in Æmoniam passu velociter uno,
Et quondam amati corporis videt pyram.
Quæ venienti ultro cessit divisa, nec ille
Moratus acri filium eduxit manu
Ignibus è mediis, atque alvo matris adusta,
Centauro & illum nobili exectum tulit.
Scilicet ut puerum hic maturescentibus annis
Morbos doceret arte blanda pellere:
Ergo is semiferi formatus voce magistri
Exemit atris languidos doloribus
Mille viros, & quos vitia intestina gravisque
Innata labes corporis pederat,
Et qui vulnifico læsi crudeliter ense,
Quibusve fundæ verbere artus lividi,
Et qui ægros avida populati febre lacertos
Dura ferebant frigora & flammam vice.
Utque angor varius, via sic diversa salutis,
Namq; hosce carmen murmure adjuvit sacrum,
His heros medicis implevit pocula succis,
Illis benigno membra fovit unguine,
Sæpe animas tenuit suppresso sanguine dulces,
Ferrum perita sæpe tractavit manu.
Vincitur heu præstans etiam sapientia donis,
Aurumque menti vincula addit liberæ:
Phœbigenæ certe perstrinxit lumina fulvo
Nitore, & illum blanda merces impulit,
Redderet ut Soli nitido & vitalibus auris
Virum severis obligatum Manibus.
Juppiter iratus redivivi pectora Glauci,
Et insolentis rupit Æsculapii
Fulmine, quod toto connixus corpore torsit,
Illosque adustos liquit audax spiritus.
Mortales humana decent, moderataque vota,
Mensque imbecillæ sortis & fati memor.
Pindare res factu faciles amplectere, & altum
Tentare cœlum desine, invitis diis.
Sed si iterum Æmonio Centaurus viveret antro,
Illique gratum nostra concentum chelys
Ederet, & nervi mulcerent corda loquaces,
Voce hunc moverem blandienti credulum:
Ut Siculis medicum solatoremque doloris
Jovis nepotem, Cynthii natum daret.
Ipse viro comes adjunctus maria alta secarem,
Donec salubri nave laberer levis

Ad fontes Arethusa tuos, vitreumque cubile,
Et hospitalem regis Ætnæi domum:
Alta Syracusiæ qui mœnia temperat urbis
Livoris expers omnis, æquus civibus,
Externos patrio semper complexus amore.
Nec Sol aperto purius cælo micat,
Quam mea Trinacriis fulgerent ora colonis
Regem gemello si bearem munere,
Apportans ille simul optatamque salutem, &
Pæana lætum Pythii certaminis,
Quo Pherenicus equos inter clarescerent, ardens
Cirrhæa victor obtinere præmia.
Verum fata animis obstant contraria nostris,
Quare parentem Cælitum Ream precor,
Panaque, quos nostri prope dulcia limina tecti.
Luna imminente virgines comptæ canunt:
Ut tibi rex mollem dent pulso angore quietem,
Et suave donum sanitatis aureæ.
Quod si forsan aves rectis rationibus acrem
Lenire sensum pertinacis calculi,
Quod cælo afflati vates cecinere priores,
Id tu reconde pectore arcano memor:
Nempe Jovi in terras duo dolia plena malorum
Effundi, & uno rara vase commoda.
Porro homines vani quicquid defluxit Olympo
Grave aut acerbum ferre molles abnegant:
Cuncta viri fortes subeunt, & vulnera vitæ
Plagasque celant, læta proferunt palam.
Te sceptro & lata regni ditione superbum
Inter beatos Parca sublimem locat:
Sed sors tota nitens & nulla sordida labe,
Cadmo nec olim contigit nec Peleo:
Ambos prosperitas ad cælum sustulit ingens:
Hic monte duxit Pelio Nereida,
Ille sibi Harmoniam thalamo tædaque jugavit:
Utrique Musæ plectra moverunt novem,
Ac lætum cecinere sonis Hymenæon acutis,
Uterque festa numina excepit domo:
Vidit & humanæ Superos accumbere mensæ,
Novisque amica ferre dona nuptiis.
Post tamen in tristes verterunt gaudia luctus,
Olli benigna fronte mutata Deum,
Attonitisque gelu riguerunt pectora duro:
Nam Cadmus annis flebilis sequentibus,
Ut rabidas vidit natas cæsosque nepotes,
Juvantis expers tabuit solatii:
Nec Semele avertit curas formosa, tenensque
Vinctum Tonantem delicatis brachiis.
At Peleus Danais ploratum flevit Achillem,
Quem mater unum fuderat Neptunia:
Postquam illum telis animam exhalasse ferocem,
Datumque flammis audiit voracibus.
Quisquis iter carpit directo tramite vitæ,
Sumit deorum munera in diem libens:
Perpetuo incertæ variantur flatibus auræ,
Beatioris ævi nec tenor manet:
Sed fortuna homines cæcos ubi mole bonorum
Ingente pressit, auferens cuncta avolat.
Inter submissos humilis, tumidusque superbis,
Sortem quieto pectore oblatam feram:
Mitiaque adversis quæram solatia rebus:
Quod si Deus mi porrigat molles opes,
Spero equidem æternum famæ vivacis honorem,
Et nomen astris aureis inambulans,
Nestoris & Lycii jactat Sarpedonis arma
Invectus altis rumor aliger rotis:
Carminaque Heroas laudes resonantia fundit,
Olim expolita candida vatum manu.
At virtus numeris & versu nota decoro
Longæva edaci nescit absumi die:
Sed paucis cantare datum quod secula vincat,
Rarique fulgent luce Phœbæa duces.

ODE QUARTA

ARCHESILAO CYRENÆO REGI,

Curru victoriam adepto:

Eodem numero quo apud Horatium: Vides ut alta stet nive candidum.

HAC luce molles Melpomene gradus
Move, & frequentem palmiferis equis
Adi Cyrenem, cumque rege
Archesilao epulare gaudens.
Laudum ut secundo flamine Delius,
Sororque Phœbi, & Pythia civitas
Lætetur, in qua dedicatam
Juxta aquilam residens sacerdos
Præsentis œstro percita numinis
Suasisse Batto fertur, ut insulam
Theram relinquens mœnia urbis
Nobilis in Libya locaret:
Terræque læto pasceret ubere
Fortes colonos, dicta animo tenens
Medea quæ jactaret olim
Augure vaticinata lingua.
Medea ducens Æmoniam manum
Latum per æquor Theram ubi contigit,
Affata sic est remigantem
Gnaviter Æsonidæ cohortem:
Audite vos, ô magnanimi Deum
Ducumque nati, fertilis Africæ,
Quandoque ab hoc tractu marino
Acre genus petet incolarum,
Quos assidentes Hammonio Jovi
Gentes per omnes gloria differet,
Nec cærulei Delphines illos,
Tunc capient, sede qui frementes,
Juvabit omnes fræna sonantia,
Remis relictis, sumere, & inscios
Classis procellosique ponti
Quadrijugos agitare currus.
Sic editarum te caput arcium
Matremque litis Thera Coloniæ
Avis secunda reddet, atque
Gleba potens Libyæ feracis,

Quam

Quam propter undam Palladii lacus
Triton marinus tectus imagine
Herois, Euphemo Laconi
Obtulit officiosus hospes.
Scindente nubes fulgure dextero:
Namque arte quando Grajugenæ mea
Solvistis hærentem carinam
Syrtibus & cumulis arenæ,
Vastamque pinum solibus aureis
Bis sex adustas per Numidum plagas
Dorso tulistis, cumque tandem
Visa palus, liquidusque Tritan,
Vobis anhelis, ac trabe Pelia
Deducta in undas ad madidum latus
Pernicis Argus, tracta sursum
Ancora navitenens pependit.
Tunc ora sumens dulce nitentia,
Artusque celsos Eurypyli, Deus
Qui cantibus demulcet undas,
Argolicam stetit ante puppim:
Nec ille voci aut illecebris precum
Blandis pepercit, queis opibus potens
Sæpe advenas invitat hospes
Ad sociæ sacra læta mensæ.
Verum aura fœlix æquora molliens
Abrupit omnes navigii moras,
Quanquam Æsonis se nosse prolem
Diceret assimulatus heros,
Jactaret & se progenitum patre
Qui sævienti frugiferam quatit
Tridente terram. Sed tenendæ
Spes ubi nulla volantis Argus,
Neque hospitales copia muneris
Oblata præsens altera, protinus
Terræ uberis fatale donum
Eurypylus per inane misit
Valente dextra: quod procul intuens,
Tendensque amico brachia littori,
Euphemus excepit beati
Pignus agri manibus supinis.
Glebam sed illam fertilis audio
Telluris alta deciduam rate
Fluxisse in undas, jamque ferri
Fluctibus & pelago solutam.
Atqui id ministris auxiliaribus
Sæpe imperaram ne sinerent mari
Vanescere hoc regale munus,
Cura sed immemores reliquit.
Jamque Africani semina sunt soli
Dispersa Theræ littoribus sacræ,
Vetante Parca. Quod si ad Orci
Ostia, Tænariasque turres
Donum tulisset bellipotens Lacon,
Propter Cephisi lucida flumina
Prognatus, incultique magno
Rege maris, Tityique nata:
Deductus heres quartus ab inclyto
Heroe, opimam rex Libyam manu
Cepisset, Argis & Mycenis
Agmen agens, validisque Amyclis.
At versa quando fata abeunt retro,
Euphemus inter Lemniadas nurus
Receptus, & furtim cubile
Ingrediens Malachæ decentis,
Natos creabit, qui Lacedæmone
Sævis fugati seditionibus,
Theræa tandem littora æquis
Advenient superis ovantes.
Atque inde longam post seriem ducum
Nascetur alta Battus origine
Regnator imponendus oræ
Imbribus utilibus madenti.
Hunc vero Delphos templaque Pythia
Ingressum opertis ex adytis Deus
Monebit ut Nili feraces
Nave petat fugiente lucos,
Secumque claros devehat exules
Pinguem ad Cyrenem: talia Thessalis
Effata Colchis, queis deorum
Conticuit stupefacta proles:
Paulumque remis abstinuit manus
Perculsa nymphæ carmine præscio.
O Batte fælix ergo puncta
Ipsa suis stimulis sacerdos
Te voce rexit, te dominum Africæ
Ter nominavit Pythia gratulans,
Cum posceres tantùm impeditæ
Plectra magis resoluta linguæ.
Nunc certe ut arbor quam medii educant
Veris tepores, Archesilas viget
Octavus à Batto Cyrenæ
Mœnibus imperitans avitis.
Illi ut citatis exiliit rotis
Decora Graii præmia judices
Largiti, & illum jam camœnis
Egregium fidibusque tradam.
Simulque cantabo arietis aurei
Vellus refulgens, nam Myniæ hoc rate
Vexere quorum laus parentum
Condecorat Libycos nepotes.
Quæ causa, Musæ, navigio imbuit
Rudem Amphitritem, quæ-ve necessitas
Commisit ignotæ carinæ
Tot juvenes pelago volantes?
Vulgata passim sors Peliæ impii
Manarat acres Æolidas virum
Leto daturos vel professo
Marte, vel insidiis opertis.
Audita & horrens vox fuerat Dei
Emissa Delphis, ac medio gravis
Terræ umbilico, quæ moneret
Exitii pavidum Tyrannum.
Si forte ad aras cælicolum preces
Fundenti inanes afforet obvius
Civis, vel hospes, qui retecto
Crure viam tereret sinistro,
Montisque linquens aërii jugum
Devexam Iolcon, tectaque Thessala
Lustraret: at currente passu
Cælivago fugientis ævi,
Venit coruscans spicula dextera
Formosus Heros, vestis ei prior
Magnetis altis apta membris,
Pardalea exterior nocentes
Arcebat imbres, nec juvenis comas
Adhuc resectas obtulerat diis
Amnive sacro, sed decora
Cæsaries humeris volabat.
Hoc ille cultu & passibus arduis
Incessit urbis per fora fervida

Undante turba plebis, atque
Corde metum repulit virili:
Nec vulgus illum noverat, & statim
Talis stupentis vox populi exiit,
Quisnam hospes hic est? non Apollo est,
Non agitator equum Gradivus.
Ista Ephialtæ brachia crederem,
Otive magni: mutuus at furor
Fratres peremit, jamque Naxos
Florida utrumque tegit sepultum.
Celsum ferebat sic Tityus caput,
Incontinentem sed Tityum gravi
Dictynna confixit sagitta,
Ut licito juvenes amore
Perire discant. Dum serit has frequens
Corona voces, ecce citis equis
Curruque festinans volucri
Æsonidæ Pelias propinquat:
Quem ferre fulgentem ut pede dextero
Vidit cothurnum, tegminis altera
Egente sura, pallidus rex
Horruit, attonitusque dixit:
Ede hospes & qui te locus aëra
Primum trahentem viderit, & parens
Quis seminarit, quaque ab alvo
Prodieris generosus infans.
Nec quæso formæ hoc ingenuum decus
Mendace lingua pollue. sic senex.
Cui mox Jason, Vera fari
Phillyrida didici magistro.
Chironis antris namque virentibus
Digressus adsum, me vigiles ubi
Puellæ alumnum nutrierunt
Semifero genitore natæ:
Sed bruma postquam bis decima exiit,
Non ore tardus, non manibus piger
Huc appuli rursus, pedemque
In patria posui vetusta.
Ut sceptra justa vi repetam patri
Erepta fatis disque vetantibus,
Qui Pharsala regnare in ævum
Æolidas voluere terra.
Nam fama novit conscia Peliam
Furore cæcum, viribus impiis
Propagini nostræ superbos
Imperii rapuisse fasces.
Et cum reclusis vix bene pupulis
Phœbæa primum lumina cernerem,
Jam tum mihi infanti cruentum
Extimuit pia mater ensem.
Ob idque sæva ne caderem manu
Satellitis, me flebilis extulit
Superstitem, fictoque planctu
Funereas tremefecit ædes.
Dum veste tectus punicea procul
Servi lacertis dulcibus auferor,
Qui me inclyti Chironis ulnis
Incolumem dedit educandum.
Verum ista vobis cognita, nunc precor
Cives, parentum limen equestrium
Altasque demonstrate sedes,
Nam genitor mihi clarus Æson,
Neque hospes oris Æmathiis vagor.
Me corpore horrens, arte salutifer
Jasonem Chiron vocavit
Nomine conspicuum benigno.
Sic fatus, atque huic protinus est domus
Intrata fulgens, & facies gravis
Aspecta patris, cui repenti
Lætitia lachrymæ coortæ
Ebullierunt luminibus cavis,
Imberque barbam proluit, & genas
Gaudentis excellente nati
Robore, sydereoque vultu.
Quin fama postquam sparsit Jasonem
Adesse magnum, protinus Æsonis
Venere germani, Pheresque
Thessalus, atque Lacon Amynthan.
Venere & horum nati alacres duo,
Fortem propinquum visere fervidi
Melampus, Admetusque, quorum
Obvius officiis Jason
Processit ardens, deinde epulis viros
Excepit, atque hos dulcibus interim
Sermonibus donisque mulcens
Lætitia cumulavit omni.
Ac flore rerum, & magnifico dapum
Luxu fruentes, Æolidæ simul
Exire conspexere ponto
Quinque dies totidemque noctes.
Aurora sed cum sexta rosis polum
Conspersit. Heros fortia providis
Incœpta cognatis retexit,
Qui simili caluere voto:
Ollique ab altis purpurei thoris
Simul migrantes, regis ad atria
Superba contendere, & aureum
Unanimes subiere culmen.
At natus audax pulchricomæ Tyrus,
Gnarus verendos tot proceres suis
Astare tectis, limen extra
Prodiit irradiantis aulæ.
Tunc vero Jason colloquium sagax
Blande & remissis vocibus ordiens,
Sic verba distillare cœpit
Mollia difficiles in aures:
Nate inquieto præside cautium, &
Periculosi gurgitis arbitro,
Humana mens ad lucra sæpe
Justitia properat relicta:
Nec damnum iniquis quæstibus additum,
Hærensque cernit: sed calidam decet
Bilem prementes nos beata
Texere fila sequentis ævi.
Salmoneum scis Creteaque inclytum
Parente fratres Enarea satos:
Nos tertii prognati ab illis
Ætherea recreamur aura.
Longe reflectunt Parcæ oculos truces,
Quando propinquos impetus asperat
Væsanus, & collidit ira
Magnanimos procerum nepotes.
Deforme nobis, Æmatii decus
Illustre regni per validas manus
Transmissum avorum, scindere armis,
Inque duas lacerare partes.
Quare tibi nunc lanigerum pecus
Ultroque fulvos linquo boum greges,
Linquo arva, quorum messe pingui
Tu locuples, spoliatus Æson,

Orna

Orna his superbos exuviis lares,
Non invidenti dives Jasone:
Ablata solum sceptra patri
Conqueror, & solium reposco,
Quod ille quondam purpureus premens
Jura æqua genti belligeræ dabat:
Tu culmen hoc regale nobis
Redde, gravis metuens pericli.
Reddam (marini progenies dei
Inquit) sed artus languida jam meos
Frangit senectus, tu calentis
Robore luxurias juventæ:
Tu solus iram flectere Manium
Potens deorum, quæ genus Æoli
Funestat, ex quo Phryxus umbra
Hospite per Scythiam vagatur,
Qui nunc sepultus flagitat ut suus
Decedat oris spiritus exteris,
Atque ut pius gentilis illum
In patriam lachrymans reportet.
Sæpe & micantem præcipit arietem
Graiis referri finibus: hoc memor,
Se turbidis servatum ab undis
Insidiisque trucis novercæ.
Mandata ad aures talia personat
Nocturnus horror: quin mihi Delphica
Consulta vox, queis exulantes
Auxiliis animæ redirent:
Atque illa jussit velivola rate
Domum reduci tristis imaginem
Herois: istum tu propinquus
Suscipe remigio laborem.
Navi reversa fræna cito imperi
Remissa nostris de manibus fluent,
Testor Jovem gentile numen
Cordibus ambiguis iniquum.
Sic ambo pacti consilium duces
Solvere: at ardens Æsonides statim
Clangore præconum frequenti
Vulgat iter Danaas per urbes.
Qua voce moti tres geniti Jove
Venere, pugna cedere nescii,
Thebanus Alcides, Laconque
Clarus equis, agilisque Castor.
Hos insequuti mox juvenes duo
Neptunii, altis abietibus pares,
Spartanus Euphemus, Pylique
Arce Periclymenus profectus,
Uterque belli dedecus impotens
Perferre, & osor præcipitis fugæ,
Laudumque dives: deinde & Orpheus
Liquit Apollineos penates,
Canorus Orpheus, quo numeri & modi
Parente gaudent: Mercurius quoque
Objecit illustri periclo
Euriton Echionemque natos
Vernantis ævi sanguine floridos,
Nec ora frigens Thracia Jasoni
Opem negavit, namque ventis
Imperitans Aquilo superbis
Ad castra misit nautica gaudio
Ingente Zeten, & Calain simul,
Jam puberes pennis adultis
Æthera flammiferum petentes.
Quicunque & olim diis aliis sati
Vixere Juno mentibus omnium
Cupidinem gratumque amorem
Implicuit volucris carinæ.
Nec ullus heros temporis inclyti
Decoxit annos conjugis in sinu,
Discrimen aut vitæ propinquum
Deside mollitia fefellit.
Ævi sed omnes auxilium brevis
Fati & medelam præcipitis, sibi
Virtute quæsivere longa
Egregii comites laboris.
Ac postquam Iolci littora flos virum
Complevit, illos Æsonides statim
Partitur in turmas honore
Afficiens, meritaque laude:
Dum Mopsus augur consulit alites
Cœlo volantes, sortibus & viæ
Scrutatur eventus marinæ.
Nec mora numinibus secundis
Prudens aruspex contrahit ocyus
Locatque duros ordine remiges,
Cum vero jam ponti barathrum
Ancora cæruleum reliquit,
Appensa tergo Peliacæ ratis,
Spumantem Jason tunc pateram tenens
In puppe summa, verberantem
Celsa Jovem pius invocavit,
Nec ille multa non coluit prece
Undas, & auras per mare concitas
Rectosque cursus, fulgidosque
Ore dies, placidasque noctes.
Sed vota Parcæ plurima candidæ
Fecit regressum quæ celerem parat
Procul remotis, vixque verba
Fuderat Æolides in altum,
Cum parte læva personuit gravis
Dirupta nubes fulmine prospero,
Et fulgur exultante flamma
Aëra per nitidum cucurrit.
Tunc vero signis admoniti deum
Tonsas anheli ponere navitæ
Paulisper, at Mopsus decoro
Parcere eos vetuit labori,
Jussitque totis scindere viribus
Spumantis alte marmora gurgitis,
Solatus ærumnam futuri
Dulcibus auguriis honoris.
Exinde nixu perpetuo mare
Vertere vastæ semideum manus,
Inhospitalem donec acri
Remigio tetigere pontum.
Ubi Argonautæ littoribus vagum
Gregem intuentes, jamque salis Deo
Altare sacrum stare ad auras
Cæde boum calida litarunt,
Nudumque sanctis parietibus locum
Cinxere læti, rursus & humida
Parentis alvo navigantes
Ancipitem subiere casum.
Namque hisce rupes æquoribus duæ
Vivæ arietantes frontibus asperis,
Vento ocyus classem atterebant
Per medium pelagus natantem:
Cui tum propinquans exitio manus
Argiva, Typhin orat, ut obvia

Saxa invicem, cauteſque vitet
 Curſibus oppoſitis ruentes.
Sed ille prompta nave periculum
 Letale fugit, ſemper & ex eo
 Symplegades ſenſu carentes
 Innocua jacuere mole.
Tandem cupitum Phaſidis alveum
 Intravit Argo, miſtaque barbaris,
 Decora Graiorum juventus
 Phœbigenæ ſubiit tyranni
Clara coruſcans luce palatium.
 Atque ut receptum ſenſit Jaſona
 Cupidinum formoſa mater
 Exiit ambroſio cubili,
Avem ipſa pennis verſicoloribus
 Jynga portans, quæ magicæ rotæ
 Bis vinculis aſtricta binis,
 Mentibus ingenerat furorem,
Seritque amores pectoribus graves.
 Hanc diva charo tradidit hoſpiti,
 Preces & omnes fœminarum
 Mollibus ingeniis amicas:
Ut virgo tandem regia, mobilis
 Percuſſa linguæ verbere, & ignibus
 Flagrans Dionæis, parentum
 Exueret gelidum timorem.
Nec ſpes fefellit, nam placito duci
 Fœlicem arenæ protinus exitum
 Medea monſtrat, quoque vincat
 Auxilio patrios labores:
Quin ipſa læves principis advenæ
 Inunxit artus, & medicamina
 Porrexit illi blanda, acutum
 Pellere corporibus dolorem.
Beati amantes denique mutuam
 Dedere dulcis conjugii fidem,
 Diemque lætum nuptialis
 Unanimes pepigere tedæ.
Poſt luce fauſta remigibus vagis
 Circo tyrannus ſe medio intulit
 Informis, ingens, ſecum aratra,
 Horribileſque trahens juvencos,
Queis flamma rubris faucibus exiens
 Torrebat auras, ungulaque ænea
 Alterna campum verberabat
 Ictibus aſſiduis gementem.
Verum feroces quamlibet unius
 Aſſueta regis dextera, ſub jugum
 Detruſit illos arva cogens
 Dura gravi penetrare ferro.
Ut ſulcus ulnis quattuor altior,
 Demerſa terræ viſcera proderet,
 Quo barbarus facto intumeſcens
 Sollicitis ait Argonautis:
Jam ductor audax Argolicæ ratis
 Tauros furentes jungat, & aurea
 Mox ſtrata fulgentemque pellem
 Auferat Inachias ad urbes.
Sic elocuto rege, humeros levat
 Pulchris Jaſon veſtibus: & Dea
 Hortante fidens, expeditis
 Protinus urget opus lacertis.
Nec ignis illum fervidus interim
 Turbat decoris aſſiliens genis,
 Sponſa per artes uſtulari
 Egregios prohibente vultus.
Quare profundis è latebris ſoli
 Tenax aratrum Theſſalus extrahit:
 Deinde igneis bobus ſuperba
 Colla premit, domitatque vinclis.
Necnon acutis hos ſtimulis agens,
 Durum cruentat corpus arantibus,
 Tandemque deſignata triſtes
 Jugera percoluere tauri.
Tunc vero Colchus pectore ab intimo
 Elinguis, amens, dat gemitus graves,
 Hoſtemque miratur, ſimulque
 Divitiis cariturus odit.
At Argonautæ tendere Jaſoni
 Palmas amicas, ſpargere floribus
 Victorem, & amplexu tenere,
 Et cumulo decorare laudum.
Utque illa palmæ gaudia ſpiritus
 Auxere Graios, efferus illico
 Monſtravit Æetes coruſci
 Arietis exuvias micantes,
Qua ſede Phryxi dextra locaverat
 Fatale pignus: ſpem quoque neſcius
 Rex hauſit ærumnæ ſequenti
 Terga trucem juvenem daturum.
Quercus ſub umbris namque virentibus
 Lucebat ardor velleris aurei,
 Juxtaque Serpens accubabat
 Dentibus inſidians retectis,
Et nocte cuſtos pervigil & die.
 Cui corpus amplum, & navibus arduis
 Æquale, quas ferro politas
 Vulnifico gravis unda vectat.
Longum inſtituta pergere adhuc via
 Arctante feſſam Calliopem die:
 Et jam mihi proviſus alter
 Exitus eſt breviore calle.
Quo turba vatum me ſequitur ducem
 Prolixa paucis tradere callidum.
 Ergo Æſonis natus peremit
 Archeſila horribilem draconem:
Mox Colchis illi fax Peliæ domus
 Ablata velis, Oceanus niger
 Sulcatus audaci carina,
 Unda maris ſuperata rubri,
Intrata Lemnos hoſpita, fœminis
 Frequens virorum cæde nocentibus,
 Ibique luctantes Achivi
 Corporibus placuere nudis:
Concenſi & illis Lemniadum thori,
 Quo tempore Afris limitibus procul
 Eſt parca contemplata veſtrum
 Flammiferum jubar exoriri,
Vel nocte victor, luce vel aurea.
 Tunc namque ſevit belligerum genus
 Euphemus, illuſtremque ſemper
 Vidit Athos radiare gentem:
Armata Sparte donec avis tuis
 Electa ſedes, qui Lacedæmone
 Volventibus ſæclis relicta
 Cæruleam coluere Theram.
Atque inde promptos conſilio duces
 Apollo ventis in Libyam tulit
 Terræ utiles, templiſque divum
 Juſſit & auricomæ Cyrenes

Frænare ſacrum legibus oppidum.
Nunc vero Sphingis callida percipe
Commenta: ſi quis forte quercus
Robora depopuletur altæ,
Ejuſque ramos, & decus amputet
Frondentis umbræ, nunquam alias nemus
Informe diteſcet renatis
Fructibus, aut foliis virebit,
Poſtquam vetuſto deſierit ſolo
Hærere radix eruta: ſed tamen
Jacentibus lignis fugantur
Frigora adhuc hyemeſque duræ.
Et cum ſtruendæ ſunt procerum domus
Proſunt columnis marmoreis trabes
Junctæ aridæ, ſedeſque pulchras
Truncus iners prohibet ruina.
Diſcordiarum peſtifera lue
Ægris Cyrenis, Archeſila, & fero
Graſſante morbo, tu mederi
Civibus invalidis peritus:
Hanc dexter artem dat tibi Cynthius,
Jam te ſalubri vulnera convenit
Tractare dextra, lenientem
Triſte malum unguinibus benignis.
Urbem æſtuoſis tundere fluctibus,
Gravique motu concutere anxiam,
Inſana plebs & turba poſſit
Conſiliis inimica rectis:
Verum quietem reddere priſtinam
Tumultuoſis gentibus, arduum,
Ni Juppiter curas potentum
Dirigat, ambiguaſque mentes.
Hic cœpta in altum, rex tua provehet,
Contende nervos, nitere viribus
Fulcire totis corruentem
Inſtabilis patriæ ſalutem.
Porro inquit ardens Mæonidæ tuba,
Lingua eloquentis divite nuncii
Dulcem adjici rebus leporem
Omnibus, & nitidos honores.
Ac muſa portans ſollicitas preces
Regum ſeveris influit auribus
Fœliciter, novit Cyrene
Et veteris domus alta Batti,
Nullum æquiorem Demophilo virum,
Nec puriori vivere pectore:
Hic flore primævo virentes
Luſibus exuperat decoris,
Æquat verendos conſilio ſenes,
Centenum & illi currere diceres
Annum, acriter res æſtimanti
Judicii gravitate cana.
Idem cavillis triſtibus abſtinet,
Edoctus odit flagitium inſolens,
Virtutibus gaudet, nec actis
Segnibus indubitans moratur
Jure, incitatis nam pedibus fugax
Occaſio ſe proripit: hoc ſciens,
Calvamque velocemque divam
Subſequitur gradibus propinquis.
Indigna certe res, hominem ſuos
Juvare natum limine patrio
Abeſſe mœrentem: tametſi
Ille deum venerator Atlas
Nunc ſumptuoſis exul ab ædibus,
Regnique opimis divitiis procul,
Convexa cœli fulcit, auras
Excipiens humeris & imbres.
At æthera altum viribus aggredi
Titanas auſos carcere Juppiter
Emiſit, exolvitque vinclis.
Sic placitis variant iniquis
Humana Parcæ: ſed Borea tamen
Ceſſante ventus lenior æquora
Componit interdum, nec uſque
Vela truces lacerant procellæ.
Ægrotus hoc te Demophilus rogat,
Morbo ut levatus flebilis exili
Fumos adhuc ſpectare poſſit
E propriis laribus volantes:
Juxtaque fontem lucidum Apollinis
Conviviorum deliciis frui
Solennibus, mentemque ſuavi
Reddere lætitiæ ſolutam.
Ardente necnon ille cupidine
Optat per urbis compita regiæ
Errare noctu, & garrientem
Ferre lyram, tremulaſque chordas.
Optat quiete vivere, nec premens
Quemquam, nec ullis ipſe nocentibus
Obnoxius: cum vero charas
Attigerit revocatus oras,
Tunc dicet ultro, nuper ut hoſpitæ
Thebes amicis ſedibus immorans,
Hic carminum dulcem novorum
Viderit exiluiſſe fontem.

EIDEM ARCHESILAO
CURRU VICTORIAM ADEPTO,
Ode Quinta:

Eodem numero quo illa Olympiorum, Dum palmam numeris dulcibus alteram.

VIS eſt divitiis magna potentibus
Et turba comitum digna frequentium,
Si partis opibus ſemina fulgidæ
Virtutis ſacra miſceas,
Divine Archeſila: tu puer illico
Gazas nactus avum, & purpureum decus
Dono Tyndaridæ Caſtoris aureis
Sueti curribus invehi:
Per quem celſa tui tecta palatii,
Nunc veſtit nitida luce ſerenitas
Ridens, poſt pluviam & jacta domeſtici
Belli ſæva tonitrua.
Prudens cœlicolum candida munera
Exornat celeris dotibus ingeni:
Te rex juſte hominum conſpicuum undique
Cingit multa beatitas.
Hinc gentes opibus prægravidæ tuis
Dant frænis dociles ora ſequacia,
Quas & conſiliis & venerabili
Vultus lumine temperas:
Illinc Pythias & nobilis orbita
Phœbi, nuper equis trita volantibus,
Æquat te ſuperis, & decorat virum
Læta voce canentium:
Atque implet Clarii deliciis Dei
Jucundis numeris, quos hilaris precor
Cyrene accipias horte cupidinum,
Tellus Cypridis hoſpita.
Cœleſti ſapiens omnia numini
Fert accepta libens, ſed tamen Arrotus
Dignus præcipuis regis amoribus,
Qui certamen ad inclytum
Miſſus, non genitum ſtulto Epimetheo
Prætextum comitem degenerem trahens,
Ad celſas rediit Battiadum domos
Et regalia culmina.
Sed poſtquam liquidam Caſtaliam bibit
Intactæ referens præmia laureæ,
Gaudentis Libycas Archeſilæ comas
Graiis vinxit honoribus.
Hunc mirata virum Græcia, flexibus
Biſſenis ſtadium radere Pythium, &
Illæſo axe rotis uſque valentibus
Denſum volvere pulverem.
Quare nunc variis picta coloribus
Rhedæ ligna vagæ, promptaque per nemus
Phœbæum volucri turbine corripi
Viſuntur ſacra Cynthio:
Templi & Phocaici divite ſub tholo,
Cupreſſi trabibus ſtructa domuncula
Quadrigam emeritam contegit, haud procul
Tergo Cnoſſiæ imaginis:
Quam Cretes levibus miſſilibus boni
Erexere adytis, unius arboris
Trunco compoſitam, rex paria Arroti
Factis munificus refer.
At te ductor equum principis armiger
Colluſtrant triplici lumine gratiæ
Ardentes, tibi ſors proſpera, nec diis
Immortalibus invidens.
Quem poſt curriculi mille pericula
Evitata, rotis membraque motibus
Concuſſa horriferis, laudibus evehunt
Juſtis Aonides deæ.
Quadraginta etenim curribus in ſolum
Effractis graviter, totque ruentibus
Aurigis laceris, unicus integrum
Servaſti incolumis jugum,
Pulſo horrente metus frigore, jamque te
Digreſſum è ſpatiis nobilibus dei
Amplexu recipit patria, ob os tuum
Obvertens vaga lumina.
Nec te magnanimum pœniteat gravis
Ærumnæ, anxiferis nemo laboribus
Expers eſt, nec erit: dulcia per vices
Senſit Battus, & aſpera.
Battus murus erat civibus æneus,
Nec quiſquam populis gratior exteris,
Illum aſpecta tamen terruit Africa,
Fulvis plena leonibus.
Excluſitque virum littore navibus
Advectum profugis, & facili recens
Donatum eloquio: ſed domuit truces
Tandem Delius incolas.
Atque ut clara polum vertice tangeret
Cyrene Libycis addita finibus,
Campis uberibus præcipites feras
Immanes deus expulit:
Qui ſuccis recreat ſemineces viros,
Ægrotaſque nurus manibus eripit:
Qui vates ſtimulo pungit amabili,
Et culta decorat lyra:
Concordem placidis legibus edocens
Cantum, ac diſſimilem terribili tubæ,
Cujus præſcia mens excubat, & ſonis
Implet fatidicos ſpecus.
Illinc reddita vox Herculeo ſatu
Prognatos variis impoſuit locis
Reges, Argos eis, & Lacedæmona,
Et claram attribuens Pylum.
At noſtrum ſerie continuum genus
Spartana tumidum gaudet origine.
Ægidas proceres Herculidæ vagi
Thebano intuiti ſolo,
Veſcentes avide pinguibus hoſtiis
Traxerunt comites morigeri deum
Priſcis auguriis: ſic Lacedæmona
Thebana incoluit domus:

Ex qua ducti atavi percelebres mei
Mutavere domos divitis hospites
Theræ, post Libyæ. Jure igitur patrum
Thymbrææ arcitenens memor,
Nunc Carneia tibi concelebro, & sacra
Inter vota pio carmine prosequor
Cyrenem validam mœnibus arduis,
Cognatum patriæ solum.
Quo tutum exilio, perfugium sibi
Nacti Antenoridæ, gens Helenæ virum
Atridem ausa sequi fluctibus asperis,
Et sævo Danais mari,
Post versam in cineres Ilion ultimos,
Quin Teucris etiam luce carentibus,
Extinctisque pias inferias adhuc
Mittunt: & tumulos Phrygum
Cæsarum pecudum sanguine proluunt
Cyrenes equites, quos ratibus citis
Invexit Libyæ Battus iter salo
Pandens classibus invium.
Dux idem omniferam multa per Africam
Devovit nemora, ac templa micantia
Justis cœlicolis, urbis & aream
Recto tramite muniit:
Constravitque viam qua sacra Apollinis
Irent, & celebri pompa gravis die:
Avertens pavidis gentibus horridas
Pestes & superum minas.
Quin hoc ipse loco Battus, & in fori
Alta fronte sui nunc tumulo occubat,
Qui cum ævum coleret, rex fuit unice
Fœlix, post obitum deus,
Sublimem meritis vectus ad æthera.
At reges alii mœnia & oppidum
Extra, funereis aggeribus jacent
Sanctis manibus additi:
Quorum umbræ tenues atque animæ vagæ
Sylvis Elysiis suaviter audiunt
Gentis facta suæ, mellis Hymettii
Dulci rore fluentia,
Tota & Pieriis sparsa liquoribus:
Nec rerum dominis jam superant opes
Ullæ, aut deliciæ, præter amabile
Jucundi Archesilæ decus.
Illum flavicomo dicere Apollini
Nunc laudes meritas convenit, ob datam
Palmam & Phocaicæ munera laureæ.
Lauro sumptus equum gravis
Pensatur, numeris dulcibus additis
Phœbææ citharæ: quæ sapientibus
Credens, Archesilam personat, ut supra
Annos grandiloquum, & catum,
Audacique animo forti aquilæ parem,
Quantum huic in medio pulvere roboris,
Decursus celeris quanta scientia,
Quam frænis habilis manus.
Rursum Battiadem Phæbus ubi gravi
Oestro perculit, hic protinus evolat,
Alte ut dulcis olor cantibus aëra,
Et lætum recreans polum.
Nec morum est species ulla vel artium
Afris cognita, quæ fugerit ardua
Sectantem Archesilam: ille quidem hactenus
Terris enituit potens,
Sed ne annis superi posterioribus
Vis illi aut sapiens consilium labet:
Neve autumnus uti flamine Thracio
Sylvam frondibus exuit,
Sic ætas veniens deterat integram
Fortunam Archesilæ casibus asperis,
Mens alti Jovis & cura placentium
Successus hominum regit.
Hæc rerum potiens jam Libyco duci
Ornavit foliis tempora Delphicis,
Regales utinam velet adhuc comas
Glauca Palladis arbore.

ODE SEXTA:

XENOCRATI AGRIGENTINO,

Curru victoriam adepto:

Eodem numero quo apud Horatium, Te maris & terræ, numeroque carentis arenæ, Mensorem cohibent Archita.

AUDITE hæc animis linguisq; faventibus omnes:
Nam Veneris per amœna vireta,
Perque trium Charitum dulces incedimus hortos,
Ut media tellure nitentes
Visamus Delphos, & Apollinis aurea templa,
Emmenidis ubi fortibus, atque
Xenocrati claro, & fluviis vallato Agraganti,
Est thesaurus conditus ingens
Hymnorum, & laudum servatur copia dives,
Parietibus circundata sacris:
Quam non flamma ferox erumpens nubibus atris,
Non nimborum exercitus horrens
Auferet, aut Boreas converrens aëra pennis
Immundo cum pulvere mittet
In maris undantes fluctus, salsasque lacunas:
Sed concordi voce sonantes
Usq; modi (Thrasybule) tuũ super æthera patrem,
Emmenidarum & stemmata tollent,
Ætatique canent seræ, famæque nepotum:
Ut te auriga fervidus axis,
Xenocratis cursu rapidas præverterit auras,
Cirræo unicus æquore victor.
At tu nate ducis Phœbæa fronde superbi
Phillyridæ præcepta biformis
Exequeris, quæ Thessaliæ sylvestris in antro,
Marmorea Pelei procul aula,

Ille

Ille fero Æacide vigil instillabat alumnus:
  Sæpe monens ut fulmina dextra
Vibrantem regem coleret, numenque secundum
  Ab Jove crederet esse parentes.
Atque hic Antilochi fidenter in arma ruentis,
  Sensus erat, qui Memnonis atri
Æthiopum ducis excepit penetrabile ferrum,
  Canitie avertitque paterna
Fortiter occumbens, Paridis nam vulnere certo
  Ictus equus, se in pulvere versans,
Nestoris hærentem currum tardabat in arvis,
  Jamque satum Neleo gravis hasta
Urgebat Memnon, quo casu territus Heros,
  Progeniem inclamavit amicam.
Nec natus patrias contempsit in agmine voces,
  Aut ventis commisit inanes:
Sed propere accurrens vernanti sanguine fuso,
  Fata senis vicina redemit.
Sic juvenes inter claros melioribus annis
  Antilochus magnum hoc opus ausus
Supremum antiquæ meruit pietatis honorem:
  Sed prisca hæc incanaque virtus.
At nunc nativo floret genitoris amore
  Egregius morum Thrasybulus,
Et patruum Therona sequens micat undiq; magnæ
  Fortunæ fulgore corusco.
Divitiis idem fœlicibus utitur arte,
  Nec juvenem effrænata libido
Transversum rapit, aut infami crimine turpat,
  Sed prudens animus regit, & mens
Sanctarum Aonidum viridi nutrita recessu.
  Te vero in primis pater undæ
Horrisonæ, cursusque potens moderator equestris,
  Rector equum Thrasybulus adorat.
Præterea ille favis & nectare dulcior Hyblæ,
  Sæpe hilarat convivia lingua.

ODE SEPTIMA,

Megacli Atheniensi Alcmæonidæ, quadrigis victoriam adepto.

Eodem numero quo apud Horatium, Quis multa gracilis te puer in rosa.

URBS ô Cecropidum maxima vatibus
  Pulchrum Alcmæonidas acre virû genus,
  Teque ornare sonantis
  Plectri materiam gravem.
Nam quæ turrigero vertice civitas
  Graium Palladia celsior eminet?
  Quæ stirps altior usquam
  Forti Alcmæonidum domo?
Quascunque Axe plagas sol obit aureus
  Theseidarum hilaris gloria permeat.
  Necnon fama Megacles
  Gentem narrat adhuc tuam,
Ut Pisistratidas vicerit ocyus
  Instaurasse novis molibus atria
  Phœbi, nuper iniquæ
  Flammis usta tyrannidis.
Hæc præter rapiunt me quoque, & in tuæ
  Campum laudis agunt quinque Corinthiæ
  Palmæ, Pythia duplex,
  Una illustris Olympica.
Quas omnes superi vel tibi vel tuis
  Largiti proavis, lætitia & recens
  Me victoria mulcet
  Cursus filia Delphici.
Unum illud doleo, post tot adoreas
  Te læsum Hippocratis morte domestica.
  Verum, ut dicitur, hæc est
  Duratura beatitas,
Quando non homini curritur orbita
  Fœlix una diu, sed modo prospera
  Cedunt, & mala rursum
  Humanas variant vices.

ODE OCTAVA

ARISTOMENI AGRIGENTINO PALESTRITÆ:

Eodem numero quo apud Horatium, Mecœnas atavis edite regibus.

PAX quæ sola potens Oenopiæ manus
Unire, & gladios condere civicos,
Pax legis placidæ filia amabilis,
Custos nobilium pervigil urbium,
Claves una gerens Martis & otii,
Clauso ut Marte quies arva perambulet,
Palmæ Aristomenis Phocaïcæ fave.
Tu cum tempus adest horaque mutuo
Vincis officio, & muneribus ligas
Alternis homines: tu rabies ubi
Insanusque furor mentibus asperis
Injectus, cohibes vindice numine,
Contundisque truces fortiter impetus,
Vi justa opposita viribus impiis.
Ausus Porphyrio te dea fœderum
Contra immota Jovis fata lacessere,
Aversisque ferox bobus Apollinis
Ultricem Nemesim sensit: opes enim
Prosunt legitimæ, raptæ homini nocent:
Et tandem ipse suo robore corruit
Prædator, tumido corde superbiens.
Importunus, atrox, & superis minax
Centeno ore Typhœus, atque Gigantium
Turmas imperio terribili premens

Pœnas

Pœnas fœdifragæ sævitiæ luit
Crudeles: & eum fulminis ictibus
Trajectum memorant, Porphyrio ut rapax
Latoi cecidit vulneribus dei.
Qui nunc cœlo hilaris spectat uti comas
Laurus virgineis frondibus ambiat
Xenarchis soboli prævalidæ, & cani
Gaudet facta modis fortia Doricis:
Quos Ægina suæ debet origini,
Argivisque atavis. Illa quidem insula
Cultrix justitiæ, & laudibus inclytos
Jactans Æacidas, non Charitum procul
Hortis incolitur, nec celebri indiget
Fama: nam quoties acria prælia,
Concursusque videt Græcia publicos,
Fœcundum toties Oenopiæ solum
Eduxisse suo dicitur ubere
Heroas rapidæ militiæ duces,
Armatisque pares semideis viros.
Sed nunc Pierides non vacat Æaci
Tellurem liquidis vocibus & lyra
Ornare, atque moram ducere noxiam:
Quin victor potius jam numeri tibi
Decurrant celeres Aonio pede.
Et jam fama novæ nuncia laureæ
Per nos aëria carpat iter via,
Sublimisque volet: namque oleo nitens
Luctæ Aristomenes brachia porrigis,
Matris fulmineis fratribus æmulus:
Nec tu mollitia dedecoras piger
Illorum alterius præmia Olympica,
Aut laudem alterius deteris Isthmiam,
Quæsitam horriferis corporis artubus:
Verum augens veterem Mydilidum tribum,
Virtute impavida strenua comprobas
Vatis dicta solo præcipite obruti:
Quæ quondam sapiens augur in aëra
Fudit, cum soboles altera fortium
Heroum agminibus posterioribus
Thebas armiferas ambiit obsidens.
Nam pubem ille videns cuspide ferrea
In pugna stabilem, sic ait: ô viri,
Dat celsos animos egregium genus,
Et stirps bellipotens à patre Martio
Prolis magnanimæ robora prodeunt.
Ecce autem video progeniem meam
Sævum Alcmana manu concutere igneum
Scutum, pictus ubi cæruleus draco,
Et primum Tyriis irruere arcibus.
Qui conversa dedit terga prioribus
Pugnis, nunc acies instruet alite
Fausta Adrastus, & huic prospera publice
Res communis erit, regia sed domus
Ploranda Ægiali funera sentiet,
Ac Princeps Danaum tristia filii
Ossa, & relliquias exanimes gerens,
Victor se patriæ flebilis inferet,
Magna inter reducis gaudia militis,
Fata humana Diis sic variantibus.
Alcmanis pius hæc præmonuit parens.
At nunc lætus ego, floribus & rosis
Spargo Alcmana sacro semideum ordini
Ascriptum, & volucris flumine Pegasi
Perfundo indigetem, qui laribus tuis
Templum Aristomenes contiguum tenens,
Largas servat opes incolumes tibi.
Quin accincto ad iter, moxque plagam soli
Visuro mediam, septaque Pythia,
Sese Heros radiis fulgidus obtulit,
Gentilique potens augurio tuæ
Oraclum cecinit nobile gloriæ.
Tu vero arcitenens Phœbe, adytum capax
Sanctum, illustre, colens Phocidos in sinu,
Illic eximia lætitia virum
Implesti Oenopium, nec viridantibus
Fraudasti foliis, cui prius ardui
Quini exercitii munera miseras
Certanti in viridi gramine patrio,
Cum Delphinia lux alma reduceret.
Erectis animis glorior haud mihi
In vita numeros deesse, nec ordinem
Rectum, carminibus certe inerit meis
Usque illæsa fides, nudaque veritas:
Sic æterna utinam numina cœlitum
Xenarchis vigili cura obeant domum,
Fortunasque malis tristibus arceant.
Cum fœlix aliquis fit sine pulvere
Immundo, & miseris absque laboribus,
Vulgus mentis inops hunc putat acribus
Fretum consiliis artificem virum
In cœlum ingenii dotibus evehi.
Sed fati proprii nullus adhuc potens
Vixit: dant Superi cuncta vel auferunt.
Per quos ille solo tollitur arduus,
Ille æquo spatio deprimitur gemens.
Clare Aristomenes robore vivido,
Non fraude es triplicem nactus adoream
Jamdudum, hanc Megaris, hanc Marathonio
Campo, illam patrio littore nobilem,
Junoni Oenopiis sacra ferentibus.
Quin nuper celebri Pythiados die
Stravisti juvenum corpora quattuor,
Infestis animis desuper incidens
Illis, & solidam concutiens humum.
Nec victos alacer pes retulit domum,
Aut fronti irradians ficta serenitas
Texit, sed manus hæc lugubri itinere
Victricem faciem fugit adhuc tremens,
Fortunæque gravi vulnere saucia.
At qui pulvereis in spatiis novum
Quæsivere decus, dulcis eos juvant
Famæ deliciæ, spesque hilaris suis
Pennis in liquidum sublevat æthera,
Fidentes meritis egregiis viros,
Et laudum cupidos, immemores opum.
Verum ut sæpe brevi tempore suavia
Rerum proveniunt, sic procul avolant,
Mutante in lachrymas lætitiam Jove.
Umbrarum levium somnia inania,
Vixque uno stabiles sole volubili:
Mortales miseri dicite quis grege
In vestro est aliquid, quisve hominum nihil?
Nonne atris nebulis terrigenæ obsiti,
Immisso rutilant lumine cœlitum?
Pulchra Ægina parens divitis insulæ,
Sedes ipsa tuas servitio gravi,
Et sceptris prohibe semper ab exteris.
Id tecum altitonans curet, & Æacus
Peleusque, & Telamon fortis, & inclitus
Factis Æacides, excidium Phrygum.

ODE NONA TELESICRATI
CYRENÆO, ARMATO CURSORI:

Eodem numero quo apud Horatium, Jam satis terris nivis, atque diræ.

JAM libet cœtu Charitum favente
Dicere armatum clypei micantis
Orbe victorem, nitidaque ferri
Luce coruscum.
Vita cui fœlix facilisque rerum
Cursus est, & quo spatium terente
Pythium sumpsit viridem coronam
Diva Cyrene,
Oppidi præses, populique custos,
Hanc comas vento recreans odoras
Phœbus amplexu rapuit tenaci
Pelio ab alto,
Axe & aurato per inane vexit
Naiadam cædis cupidam ferinæ,
In locum ditem segetum, gregesque
Pascere largum.
Tertiam terræ genitricis oram
Florido aspectu facieque lætam,
Atque ibi candens Venus advolanti
Obvia fratri,
Gemmeum currum digitis eburnis
Contigit ridens, thalamumque dulcem
Stravit aurigæ celeri, & puellæ
Nobilis Hypsei.
Ille tum sævos Lapithas regebat,
Stirpe Neptuni veniens ab alta.
Namque post ductas agiles choreas
Vespere sero,
Pindi in umbrosis latebris Creüsa,
Nata telluris fluvium maritum
Passa, concepit genitore Peneo
Hypsea magnum.
Cujus insignis soboles Cyrene
Brachiis lucens, teretique sura,
Non manum attrivit studiis Minervæ, &
Deside tela.
Non ei molles placuere cœnæ,
Inter ornatas comites nitenti,
Sæpe sed pilis rutilis vel ense
Aspera virgo
Fudit horrentem violenter aprum,
Aut lupum tristem patriis timores
Bobus avertens, ovibusque donans
Otia tutis.
Nunquam & aurora redeunte nympham
Somnus arcano tenuit cubili,
Sed juga & montes habuere primo
Sole vagantem.
Quoque momento pharetratus illam
Cynthius vidit, Dryas in leonem,
Sola pugnabat manibus capessens
Prælia nudis,
Nec gravi telo velut ante freta.
Hoc stupens cœli jaculator acer,
Thessali saltus nemorisque regi
Talia fatur:
Huc ades Chiron venerande, & antrum
Deserens mirare viraginis cor
Ferreum, mirare novas rejecta
Cuspide vires.
Vah quibus lauri foliis revincit
Aureos crines alacris Napæa,
Ut supra ærumnas animum calenti
Pectore gestat.
Ut vacat fluctu dubio pavorum
Flava bellatrix, quis ei parens est?
Quæ domus? quæ gens? nigra possidenti
Lustra ferarum.
Non prius visum mihi cerno robur,
Parque virtuti speciosa forma est.
An licet Centaure manu placentem
Tollere prædam?
An licet gratum resecare florem,
E sinu dulci gremioque Nymphæ?
Tum senex flexo cilio, & recluso
Leniter ore,
Dixit arridens, Jove nate Titan
Occulit prudens teneros amores,
Sæpe & accensus reticet pudenti
Multa rubore.
Nec viris gratum, neque dis aperte
Gaudiis sacræ Veneris fruisci:
Tu tamen flamma stimulante vulnus
Prodis opertum.
Quin tui oblitus genus unde præstans
Duxerit Nais, rogitas Apollo,
Cujus est rerum caput & supremam
Noscere metam,
Qui tenes quot ver genitale frondes
Procreet, quotnam tenues arenas
Pontus iratus lavet, incitata
Verberet aura.
Qui sagax primos specularis ortus
Fati, & eventus aperis latentes.
Sed si aves pollens Deus admoneri
Voce caduca,
Hancce declivem pete Phœbe vallem,
Inde nam sponsam super æquor altum
Auferes longe, Libycique sistes
Hammonis hortis,
Præsidem illustri populo futuram.
Quem focis olim patrioque pelles
Littore ut montem colat imminentem
Pinguibus arvis.
Sed modo herbosis opulenta campis
Africa inducet celebrem puellam
Aureis tectis, solioque in alto
Blanda locabit.
Atque reginæ dabit ampla rura,
In quibus passim vario gravescent
Arbores fœtu, pecorumque densa
Agmina current.

Quin

Quin loco grato nitidaque in ora
Flava Aristæum pariet Cyrene,
Quem satus Maia tenerum parenti
Tollet alumnum.
Et citis horis Cybelæque magnæ
Tradet, ast illæ puerum comantem
Sedulæ altrices genibus reponent,
Ambrosiamque
Ejus infundent roseis labellis,
Et liquens nectar, laticem beatum,
Unde vir Parcas fugiet deorum
Æmulus annis.
Gratus & cunctis populis, quod illo
Rustici discent homines magistro,
Laneum ductare gregem, novaque
Pascere cura,
Et feras clausis agitare sylvis.
Hæc sene effato, properavit ardens
Cynthius blandæ Veneris maritum
Jungere fœdus.
Nec piger divum gradus est, nec illos
Concitos flexu via longa tardat:
Sole namque uno Deus in remotum
Transiit orbem.
Aurea & sponda jacuit, puellam
Vinciens arcte, Libya in feraci,
Hic ubi claras stadioque notas
Temperat arces.
Nuper has magnis celebravit ausis
Pythius victor, tua lux Cyrene,
Quæ viro pulchris spoliis onusto
Mœnia pandes:
Læta & effulgens nuribus decoris,
Copiam laudum petit ampla virtus:
Docta non implet brevitas inanis
Pectora vulgi.
Attamen tempus moderamen unum est
Omnium rerum, volucri magistro
Tempori parens Iolaus imis
Exiit umbris.
Herculis cum jam profugos nepotes
Ad necem Eurystheus violens vocaret,
Nec pia extorres fineret latere
Cecropis ora,
Sed fero postquam est populatus ense
Regium collum redivivus ultor,
Fertur in lucos subito relapsus
Ditis opacos.
Ossa & Herois cineresque sanctus
Agger amplexu gelido recepit,
Qui prius magni tumularat artus
Amphitryonis,
Ille Tyrintho generosus exul
Vixerat Thebis meliore fato,
Insitus terræ niveorum equorum
Robur alenti.
Quæ Jovi charam validoque regi
Vidit Alcmenam, geminos eodem
Fundere enixu pueros ad arma
Horrida natos.
Mutus, elinguisque poëta, qui non
Ora in Alciden animosa solvit,
Quive Dirceæ reticet fluenta
Dulcia lymphæ.
Hercules illam prope lusit infans,
Lusit Iphiclus, similis sed impar
Fratri, at ambobus numeros Thaleia
Votaque solve.
Namque conceptis precibus duorum
Numen implorans Iolæa vicit
Pennipes Telesicrates, citisque
Ocyor Euris.
Semper hunc Musæ, tremuloque cantu
Gratiæ, excelsum super astra tollent:
Splendor æternus radios ab ejus
Vertice mittet.
Quippe ter claris Megaris, semelque
Littore Æginæ patriam corona
Cinxit, evitans pavidum superbis
Dedecus actis.
Qui virum illustrem vel amat vel odit,
Mille spectatos oculis labores
Jactet, & Nerei vigeant ubique
Dicta marini.
Hic monens cæcos homines faventi
Voce, laudari quoque jussit hostem
Inclytum palmis, & amica factis
Verba merentem.
Palladis castæ sacra pompa, terræ
Uberis certamen, Olympiumque,
Patrii & ludi tua victor æquant
Nomina cœlo.
Teque florentem variis arenis
Virgines sponsum, generumque matres
Plurimæ optarunt, tacito calentes
Molliter igni.
Porro amor fervensque sitis canendi
Suadet ut laudes resides tuorum
Excitem, & pellam fidibus vetustæ
Nubila famæ.
Nam domus vestræ generisque princeps
Præpotens Alexidamus Libyssum
Ambiens votis hymenæon, altam
Venit Irassam.
Quo sibi Antæi sobolem jugaret
Nomine insignem nitidoque crine,
Mille & optatam ducibus propinquis,
Hospitibusque.
Tanta erant formæ bona virginalis,
Tam viris ardens animus juventam
Auream, & primos ineuntis ævi
Carpere fructus.
At pater quærens sociale fulcrum
Filiæ illustri decorare tæda,
Nobile exemplum Danaum ad remotos
Transtulit Afros.
Fertur Argivus dominator olim
Cum quaterdenis generis & octo
Traderet natas, juvenes probasse
Cursibus acres.
Ergo ab aurora medios ad usque
Solis ardores, procerum volabat
Agmen, & stabant hilares in ima
Calce puellæ,
Præmium gnavis: & ut incitatum
Quisque libarat per inane corpus,
Sic socer primæ dabat aut sequentis
Præmia formæ.
Deligens campis agiles maritos.
Haud secus ditis Libyæ tyrannus

Virginem sponso dedit assequenti
Passibus auras.
Namque eam longi stadii supremam
Lineam juxta posuit, decoro
Fulgidam ornatu, foret ut laborum
Fœmina limes.
Dein procos sic est socer alloquutus:
Qui prior natæ niveos amictus
Presserit gressu properante, nuptam
Implicet ulnis.
Vixque regali sonus ore missus
Fluxerat, victor, cupidas in aures,
Cum tuus metam tetigit propinquus
Alite cursu.
Et manu apprensam tenera maritam,
Undique effusis Nomadum catervis
Lætus ostendens, per amica duxit
Agmina pompam.
Interim florum pluvia, & rosarum
Nimbus, è circi gradibus cadebat
In virum pennis aliis honoris
Sæpius auctum.

ODE DECIMA,

HIPPOCLEÆ THESSALO, DUPLICIS Stadii cursori.

Eodem numero quo apud Horatium, Intactis opulentior Thesauris Arabum & divitis Indiæ.

O CLARAM Lacedæmona,
O florentem opibus Thessaliæ plagam,
Natale Hippocleæ solum,
Terram utramque manu temperat Herculis
Invicti indomitum genus.
Sed cur altisonis grandis hiatibus
Primo in lumine spiritus
Assumo tumidos? scilicet inclyta
Pytho, Martii Alevadæ,
Victorisque movet me domus ardua,
Ut facta Hippocleæ viris
Committam liquida voce canentibus.
Namque is lævis adhuc puer
Degustat teneris jam labiis decus:
Jam turba in media virum
Parnassus resonans concavus hunc gregem
Imberbem super extulit,
Decurso stadii duplicis æquore.
Dulce est Cynthie in ultimo
Rerum fine pedem figere prosperum,
Nec dextro sine numine
Fœlix auspicium est incipientibus.
Ergo te duce Delie
Primis Hippocleas motibus evolans
Virtute emicuit nova,
Signatum & patriis pressit iter notis.
Bis cursor pater illius
Latis arma humeris fulgida sustinens,
Metæ accessit Olympicæ:
Quin Cirrhæ viridis planities jugo
Subjecta alipedem virum
Victorem nitido restituit lari.
Et natus pius & parens
Cultu perpetuo divite floreant
Annis advenientibus:
Jamque haustis Danaum deliciis semel
Cunctis, ne volucris Deæ
Conversam doleant posterius rotam.
Ambos Juppiter innocens
Servet, semper ei juncta aderit comes
Famæ longa perennitas,
Qui passu rapido, qui valida manu
Graium præmia ceperit,
Conjungens animis robora fervidis.
Quod si præterea intuens
Phœbi lumen adhuc conspiciat suo
Crescentem puerum satu,
Lauro dulce caput nectere Delphica,
Tantum ardentibus invehi
Astris ille nequit, navita nam celer
Pernici assequitur rate
Quicquid turba hominum debita funeri
Ægro pectore diligit,
Quicquid conspicuum suspicit & micans
Sed tam optantibus arduum
Tali sorte frui, quam trabe pinea
Delatum, aut pedibus vagis
Læta Hyperboreum visere pascua.
Inter quos populos dapes
Solennes iniit dux hominum aliger
Perseus, sacrificantibus
Ollis laurigero centum asinos deo.
Quin nunc Phœbus adhuc libens
Consuetis epulis præsidet, & suis
Coram gestit honoribus,
Ac risu quatitur Delius intimo,
Tunc cum bruta rudentia
Concentus jaciunt faucibus asperos.
Nec vero procul aufugit
Campis innocuis Melpomene exulans.
Sed vocem chorus undique
Mittit virgineus, tum lyra multiplex
Linguis, tum calami impares
Circum rura sonant carmine Lydio.
Dum convivia dulcia
Curat gens foliis cincta recentibus,
Quam non letifer inficit
Morbus, non senium debilitat tremens,
Nec mars sanguineus quatit,
Aut exosa scelus numina territant.
Huc accessit anhelitu
Vim spirans Danaes filius aureæ,
Et flava duce Pallade
Fœlices adiit penniger hospites.
Atque hic Gorgone lurida
Occisa, in Seriphum rettulit insulam
Hydris implicitum caput,
Cujus contuitu protinus hostium
Durata obriguit manus,
Extinguente viros funere saxeo.

Mirum. Sed capiunt fidem,
  Creduntur que, diis cuncta volentibus.
Remum Musa inhibe precor,
  Et fundo tumidi gurgitis anchoram
Defige, auxilium ratis
  Horrentis scopulos fluctibus abditos.
Carmen sæpe vagum, velut
  Mellis blanda opifex provolat, & modo
Illos, nunc alios petens,
  Plures Aoniis muneribus beat.
Quod si pulchrum Ephyræ genus,
  Et Penei celeres fluminis Accolæ
Thebanos numeros velint
  Nostros Æmoniis psallere vocibus,
Audax spondeo laudibus
  Perfusum Hippocleam mox fore lucidum
Ætatis teneræ decus,
  Molles delicias consilio senum,
Curam virginibus novam:
  Quamvis ordinibus vix placet omnibus
Quisquam, votaque sæpius
  In diversa homines dissiliunt leves.
Qui quod concupiit capit,
  Ardens ille quidem sollicitudine
In præsens animum levat:
  Sed ventura dies quid vehat ambigit.
Non anceps tamen est mihi,
  Non incerta fides Thoracis hospitis,
Qui nostram ambitiosius
  Quæsivit vario tramite gratiam.
Atque his Pieridum rotis
  Nuper junxit equos quattuor alites,
Cum victoris ad atria
  Traxit me comitem dux celer impigrum.
Aurum Lydius ut lapis
  Spectat, fida hominum pectora sic probat
Factis experientia.
  Nec Thorax sociis unus amabilis,
Sed fratres simul illius
  Ornandi teneris Pegasidum modis,
Qui res juraque Thessala
  Tollentes humeris fortibus efferunt,
Recte principibus bonis
  Magnarum alma salus creditur urbium.

ODE UNDECIMA,

THRASYDÆO THEBANO PUERO

Cursori stadii:

Eodem numero quo apud Horatium, Odi profanum vulgus & arceo.

ASCRIPTA summo tu Semele ætheri,
  Ino æstuosis fluctibus addita,
  Nereidum concivis una,
Altera cœlicolum deorum,
Alcmena mater vindicis Herculis,
  Quæso ite molli cum grege Naiadum
  Ad Meliam Ismeni sororem
  Fluminis, inque adytum refulgens
Donis, & auctum vi tripodum aurea,
  Quod Phœbus aris prætulit omnibus,
  Ismenium fanumque dixit,
  Augurio resonante pollens.
Huc vos in unum Melia convocat,
  O dulcis antiquum Armoniæ genus
  Heroides, Dircæa circum
  Rura vagæ vigilesque semper:
Ut imminenti vespere lucido
  Theminque sacram, templaque Pythia,
  Justumque terrarum umbilicum
  Voce deæ liquida canatis.
Qua celsa Thebe Cirraque gaudeat
  Laborioso pulvere nobilis:
  Hic bina post gentis trophæa
  Enituit Thrasidæus ardens,
Focisque avitis, & patrio lari
  Gratam coronam tertius attulit
  Cultis ab arvis, quæ potenti
  Imperio Pylades tenebat
Orestis hospes exulis, ast eum
  Lacona Orestem casibus inclytum
  Amica nutrix luctuosis
  Fraudibus eripuit parentis.
Sævis Atrides cum manibus cadens
  Regale tabo spargeret atrium,
  Cumque uxor atrox corda figens
  Dardaniæ generosa vatis
Albente ferro, protinus hanc sequi
  Manes juberet cæsi Agamemnonis
  Ad tartara horrentesque sylvas,
  Quas Acheron sinuosus ambit.
Num lachrimosa filia in Aulide
  Mactata dulci tam procul à domo,
  Accendit in cædem feroces
  Sanguineæ genitricis iras?
An vero inerti subditam adultero
  Lascivus ardor compulit in scelus?
  Summum omnium certe malorum est
  Conjugibus teneris libido,
Nec vultus illam callidus obtegit
  Arcetve linguæ vulnera noxiæ.
  Quis nescit insanas per urbes
  Probra vagis volitare pennis?
Non aula dives comprimit invidos
  Plebis susurros, sed populus jacens
  Imumque vulgus clam beatos
  Ore fremens lacerat cruento.
Dux ergo Achivum fatifero die
  Spartano inermis procubuit solo,
  Pestemque Cassandræ decentis
  Attulit innocuæ juventæ.
Nec juvit illum flamma penatibus
  Injecta Teucris, nec Priami domus
  Vexata, fœdatæque Graiis
  Deliciæ Phrygiæ rapinis.
Post funus autem principis illius
  Tenella proles ad Strophium est senem
  Profecta, convallis tyrannum
  Phocaicæ Pyladisque patrem.
Labente vero tempore martiis
  Fidens Orestes viribus, asperæ

Parentis Ægyſtique ſegnis
Morte pium ſceleravit enſem.
Verum, ô ſodales, me triplicis viæ
Abduxit errans ſemita, cum prius
Incederem recta decori
Per medios Thraſidæi honores.
Me ſicut olim navigium leve
Procella ſtridens in latus impulit,
Curſuque dimotum ſecundo,
In gravidos tulit unda fluctus.
Quare alta Cleio ſi pretium tibi
Perſuaſit ingens, Aoniæ ut lyræ
Argenteam vocem locares,
Omnia jam quate fila plectro.
Nunc filium acrem, nunc celebrans patrem
Jucunda quorum gloria fulgurat:
Hæc ſtirps virum victrice rheda
Sæpe in Olympiacas arenas
Excurrit ardens, pugnaque nobilis
Piſæa quondam veſtiit igneo
Fulgore gentem concitatos
Quadrupedes agitare fortem.
Nec Pythia illi laurea defuit,
Nam multi alumni palmiferæ domus
Vicere Delphis inquietis
Paſſibus Argolicas cohortes.
Negata tantum ſceptra merentibus.
Sed pulchra quæ ſunt, nec nimis ardua,
Optare tutum: cumque magnis
In populis moderata durent,
Sola & bonorum temperies data
Parcente fato munera porrigat
Longos in annos: non ſuperbis
Invidio diadema regnis,
Contentus æqua ſorte potentiæ
Civilis: & ſi non caret hoſtibus
Communis oti cultor, actis
Alta petens, meritiſque magnus,
Et inſolentis imperii fugax:
Sed pulchra mors hunc claraque funera
Saltem efferunt, nec talis ingens
Fama viri tegitur ſepulchro.
Verum illa totum funditur in genus
Jam luce caſſi, præque alia domus
Gaza enitet, congeſta & auri
Exuperat pretio talenta.
Hæc una Iphicli progeniem plagas
Differt per omnes cantibus & modis:
Hæc Caſtorem commendat orbi
Cæſtibus indomitum cruentis:
Fratremque gyris mobilem equeſtribus,
Utrumque ſummo cœlicolum ſatu
Prognatum, & alternis colentem
Æthera frugiferaſque terras.

ODE DUODECIMA,

MIDÆ AGRIGENTINO AULETÆ:

Eodem numero quo apud Horatium, Incluſam Danaen turris ahenea.

TE fulgens Agragas urbs decus urbium
Quaſcunq; orbis habet, Perſephonæ domus,
Te regina Hecate mœnia poſſidens
Undis aſſita deprecor:
Ut lætis hominum cœtibus & deum
Sumas æquanimis munera laurea
Claro parta Midæ, numine & obvio
Fœlicem excipias virum.
Ad cujus numeros multifores cavis
Emiſſos calamis, æmula fiſtula
Graiorum obticuit, fiſtula quam citi
Tritonis reperit dea,
Pallentes imitans Gorgonas ad latus
Meduſæ, querulo carmine ſtridulas,
Miſcenteſque ſonos emorientibus
Serpentum undique ſibilis,
Circum ſeminecis tempora virginis,
Harpes anxifero vulnere ſauciæ.
Illo tempore quo tertia corruit
Phorcynis valida manu
Hoſtis pennigeri, ſaxifica ut lues
Duratos Seriphi perderet incolas.
Namque alatus eques quem Danae edidit
Nimbis aurifluis gravis,
Aut vita aut oculis Gorgonas exuit,
Captivæ tumido matris adultero
Mutavit rigido gaudia funeri,
Inter regificas dapes,
Altricem aſſeruit vindice dextera
Abductam domini lecto inamabili
Poſtquam Heros fluido ſanguine, & anguibus
Fœdum corripuit caput.
Ac vix aurigenæ fratris ab artubus
Peſtem depulerat bellipotens ſoror,
Cum cannas ſecuit protinus, & truci
Implevit dea ſpiritu.
Ut planctum Euryalæ triſtis & aſperum
Clangorem horribilis cum crepitu genæ
Agreſti calamo fingeret, artifex
Commentis celebris novis.
Inter quæ orta recens fiſtula tranſiit
Ad gentes dociles, dictaque plurium
Concentus capitum quod variis parem
Stridorem colubris daret.
Turbis illa loquax in popularibus,
Virtutumque memor, magnanimum & virum
Vocem docta per æs mittere ſplendidam,
Et junctas per arundines.
Quæ juxta Orchomeni mœnia gratiis
Sacrata, & numeris uſque ſonantia
Cephiſi reſident fluminis alveo,
Et dulces ſuperant aquas,
Teſtes virgineis cantibus & choris.
Has nuper roſeo cum tereres labro
Frangi chare Mida nil nocuit tibi,
Nec caſus decus abſtulit.
Nil fauſtum ambiguis abſque periculis
Mortales hilarat: ſi quem hodie ſinu
Amplexuque ſuo ſors bona reppulit,
Cras lætum excipiet libens.
Fati nemo fugit ferrea vincula:
Tempus ſæpe favens dat bona languidis
Deſperata animis, ſæpe alio rapit
Expectata niger dies.

Finis Pythiorum.

NEMEA PINDARI

LATINO CARMINE REDDITA,

PER

NICOLAUM SUDORIUM

Inquisitionum Præsidem.

Ccccc 2

NICOLAI SUDORII
PRÆFATIO
IN
NEMEA PINDARI,
AD
AMPLISSIMUM VIRUM
Philippum Huraltum Chivernium Galliarum Procancellarium.

QUUM Plinius in libris naturalis historiæ conqueritur, Vir amplissime, proventum agrorum suo tempore minime ubertati superiorum ætatum respondere: tantam tamque insignem mutationem non exhaustæ & quasi effœtæ soli naturæ, sed cultorum socordiæ & negligentiæ imputat. Sic etiam, si quis diligentius inquirat, cur nostri temporis homines ab illa decantata & celebrata veterum virorum excellentia longissime absint, intelliget tandem non vim ingeniorum vetustate & quodam temporum senio defecisse aut elanguisse, sed disciplinam & institutionem juventutis, quam Græci παιδείαν appellant, claritudinis & perfectionis omnis originem fontemque esse: quo præciso vel averso virtutem ipsam in hominibus paulatim exarescere & aboleri necesse sit. Quemadmodum enim ait Poeta,

Fortes creantur fortibus & bonis.
Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Utcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Ac mihi quidem multarum nationum studia & instituta consideranti plurimæ ex illis, ut Germani, Scythæ, Sarmatæ, & Galli antiqui, omnia in unius corporis firmitate & robore constituisse videntur & à disciplinis liberalibus, artibus & scientiis penitus abhorruisse. Ideoque factum est ut incultis eorum & inexercitatis animis nihil nisi barbarum, rude & agreste inesset. Quumque olim populi hujusmodi in diversas regiones & terras magnos & bellicosos impetus facerent, numquam tamen nationum à se victarum imperium retinere poterant, his scilicet auxiliis destituti, eaque arte & solertia carentes, qua victæ gentes victricibus conciliari solent, & abjecta rebellandi cupidine otii & securitatis illecebris capi & deliniri. Posteriores autem Græci, quum ingeniis & eloquentia quam armis præstare mallent, & dulcedine pacis emolliti bellorum laborem ærumnasque refugerent & aversarentur: tandem libertatem antiquam cum vitæ deliciis & tranquillitate permutarunt: ac facile à Romanis domiti eorum jussis & legibus non inviti paruere. Sola antiqua Græcia, quam virtus Romana imitata est, eam disciplinam eaque instituta coluit, quibus & domi libertas retineri, & foris imperium quæri solet. Nam quum homo ex corpore & animo compositus sit, numquam Græci antiqui aut corporibus agitandis & corroborandis nimium dediti, ingeniorum cultum abjecerunt, aut in capessendis artibus & scientiis penitus occupati corporum exercitia neglexere. Itaque scribit Plato

in Alcibiade primo, Græcos olim adolescentes, qui ingenue & liberaliter instituerentur, tria in gymnasiis discere consuevisse, τα γράμματα, κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν. hoc est literas, citharæ pulsandæ artem, & palæstram. Alibi autem, in lib. de Repub. παιδείαν Græcorum, quemadmodum & Aristotel. in duas tantum partes dividit, μουσικὴν καὶ γυμναστικήν. Sub Musica antiqui non tantum harmoniam & sonos, sed Poeticam, Rhetoricam, historiarum cognitionem, mathematicas quasdam artes, atque, ut uno verbo absolvam, omnia Apollinis & Musarum præclara inventa comprehendebant. Gymnastica autem & luctam & pancratium & cursum & saltum & jaculationem & disci in sublime jactationem complectebantur. Quæ quidem exercitia omnia veteres Græci non animi & delectationis causa, sed in castrorum & militiæ usum suscipiebant. Nam primum lucta illis proderat, ut in præliis hostem comprehensum ad terram affligere, ipsique prostrati tutius cadere & celerius resurgere discerent. Pancratio & cæstibus ad vulnera & plagas corpora eorum indurabantur, & acerrimis doloribus perferendis assuescebant. Jam cursus & saltus & omnis jaculationis utilitatem in præliis nemo ignorat, ut milites & fugientem hostem insequi, & vallum fossasque transilire, & scienter eminus tela vibrare possint. Quos omnes labores quum diu Græci in gymnasiis nudi sustinuerant, postea in bello thorace ferreo circundati sibi ipsis invulnerabiles & insuperabiles videbantur, vimque & ictus hostium omnes facile contemnebant. Nec vero hoc loco omittendi sunt ἀγῶνες ἱππικοὶ, sive equestria certamina in quibus equi generosissimi dexteritate summa, sine conflictu tamen, & sine ullo vitæ periculo agitabantur. Sed mirabitur fortasse quispiam, cur in recensendis veterum Græcorum exercitiis ὁπλομαχία, id est ars gladiatoria à nobis prætermissa sit: quum præsertim illa una apud omnes fere populos hodie frequentetur, & sola justi certaminis pugnæque legitimæ adumbratam quandam imaginem habeat. Nos vero artificium illud certandi armis pugnatoriis in Græcia olim neglectum fuisse ab adolescentibus ingenuis affirmare possumus, priscorum authorum præclaris apertisque testimoniis adducti. Etenim Plato in dialogo de fortitudine sic Lachetem de ea re disserentem inducit, εἴ τι ἦν τοῦτο τὸ ὁπλιτικὸν, μάθημα οὐκ ἂν λέληθε Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ ὅτι ἂν μαθόντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. νῦν δὲ τούτους τοὺς ἐν ὅπλοις μαχομένους Λακεδαίμονας ἡγουμένους εἶναι ἄβατον ἱερὸν, καὶ οὐδὲ ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβαίνοντας. Si ars gladiatoria usum aliquem in armis haberet, nunquam id fugisset Lacedæmonios, qui nihil aliud in tota vita agunt, nisi ut cæteros omnes bellandi peritia & artificio superent. Nunc vero videmus omnes istos gladiatores, qui pugnatoriis armis utuntur, ne extremis quidem pedibus audere Lacedæmonem attingere: quod urbem illam sibi quasi adytum quoddam & sacrarium inaccessum existiment. Anacharsis autem apud Lucianum de Athenis altero Græciæ lumine loquens, sic ait, ποῦ ἐστιν ὑμῖν ὦ Σόλων τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις; οὐ γὰρ εἶδον ἔγωγε ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν, ἅπασαν αὐτὴν ἐν κύκλῳ περιελθών. Ubi situs est apud vos, ô Solon, ludus gladiatorius? neque enim Athenis quicquam hujusmodi animadverti, quamvis totam urbem circumiens sæpius lustraverim. Quibus ex locis facile deprehenditur à veteribus Græcis gladiatoriam artem penitus rejectam & explosam fuisse. Atque hujus instituti rationes plurimæ in veteribus libris reperiuntur. Primum enim, quemadmodum Plato ait, Lacedæmonii cæterique populi in Græcia bellicosi nullam illam scientiam esse arbitrabantur, sed vanum tantummodo & inutile artis & experientiæ cujusdam simulacrum. Idque apud eundem Platonem Laches Stazilei nobilis & famosi gladiatoris exemplo ostendit. Is omnium armorum scientiam & præcipue tractandæ securis peritiam profitebatur, ac publice glorians ostentabat. Forte accidit ut à quodam navium duce ad maritimum bellum educeretur. Quumque se illis navigantibus in cursu oneraria hostium navis obtulisset, prædam illico Athenienses rati, illam protinus remis velisque insequuti, & tandem assequuti sunt. Ibi contra quam Dux Atheniensis existimarat, acerrima pugna exorta, seque hostibus strenue defendentibus, Stazileus, quanquam, ut in re improvisa, satis attonitus, tamen ne commilitonibus artis suæ obtrectandæ occasionem præberet, securim expedire & in adversos hostes artificiose vibrare cœpit. At illa vehementius à gladiatore in navis hostilis tabulata impulsa sic penitus adhæsit & affixa est, ut nullis postea viribus, nullo conatu inde extrahi posset. Quod quum hostes animadvertissent, Stazileum pudore & periculi metu perfusum, atque in bipenni recipienda frustra laborantem, saxis

lapidibusque ferire & obruere cœperunt. Statimque oneraria navis Atheniensium triremem incitato remigio prætervecta est. Et quum securis adhuc tergo hostilis navis penitus affixa penderet, Stazileus derisus ab omnibus & antiqua fortitudinis laude amissa eviluit. Ita fere, ut diximus, hæc à Platone seu fabula seu historia narrata est, & gladiatorum sive lusus sive ars sive experientia facete derisa. Præterea Græci fortitudinem civium non in singulari certamine constituebant, in quo sæpe viri fortes & reipub. valde utiles, ab ignavis tyronibus conficiuntur, sed virtutem ea animi magnitudine, eaque constantia & arte æstimabant, quam unusquisque in prœliis toto inspectante exercitu ostendisset: quia hac maxime ratione & civitatis termini proferuntur, & salva inhabitantium libertate civitas ipsa copiis, opibus, imperio & potentia augetur. At quum jam cornua cecinere, & ordines à militibus servandi sunt, nemo, opinor, ignorat nullum umbratili illi gladiatorum artificio locum relinqui: sed ab universis simul quasi uno totius exercitus robore & contentione pugnari. Quod si quis hoplomachiæ peritiam ad privatas rixas obeundas sibi non inutilem, sed valde necessariam videri ait: næ is non imprudenter rem totam inveterata quadam hujus sæculi consuetudine metitur atque æstimat. Sed legislatores Græci imprimis operam dabant, ne rixæ inter cives exorirentur, aut, si exortæ essent, ut jure potius & civili desceptatione, quam ferro, dirimerentur. Cumque illud ab Homero verissime traditum scirent, αὐτὸς ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος: hoc est, *In sævam rapimur cædem præsentibus armis*: & concitatos hominum impetus nimia gladiorum licentia exasperari cernerent, apud illos gravissimis pœnis & suppliciis additis vetabatur, ne quis arma in publicum nisi magistratus jussu & reipub. causa efferret: quemadmodum hæc Solonis verba indicant apud Lucianum in dialogo, qui Anacharsis inscribitur, τὸ μὲν ὁπλοφορεῖν, καὶ ἀκινάκην περιεζῶσθαι, περιττὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι, καὶ πρόστιμόν γ' ἐπὶ ὅς τις ἐν ἄστει σιδηροφορείη, μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον. Arma perpetuo circumferre, & acinace accinctos per urbem ambulare, nobis in pace inutile & supervacaneum videtur: pœnisque gravissimis mulctatur, qui palam in civitate ensem gerit, aut nulla publica necessitate exigente ex ædibus arma commovet. Thucydides autem historiarum scriptor illustris, & dux belli non ignobilis, in primo historiarum libro de eadem re differens, ita scribit: ἡ Ἑλλὰς πάλαι ἐσιδηροφόρει διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις, καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους, καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μεθ' ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι. πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ εἰς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. Omnes olim Græci ensibus accincti erant, quia oppida immunita habitabant, & mutuis incursionibus ac latrociniis assidue vexabantur: sicque illi vitam omnem degebant in armis, quemadmodum & barbari. Primi omnium Athenienses ferrum deposuisse, & leniorem atque humaniorem, quam antea, vitæ cultum sumpsisse memorantur. Quibus ex verbis facile intelligitur olim Græcorum & barbarorum habitum una ea re maxime separatum fuisse, quod barbari gladios ubique circumferrent, Græci vero in urbibus sine ferro pacati & palliati incederent. Scio equidem plurimos hunc morem ridiculum & ineptum, vel potius mollem & effœminatum existimaturos. Nec vero nos hoc loco Sophistæ Phormionis æmuli, quid factu optimum sit in re bellica disputamus: sed priscarum tantummodo gentium instituta, quamvis antiqua & vetustatis situ pæne obliterata, narramus. Atque, ut ingenue fatear, consuetudinem hujusmodi longe absurdiorem putarem, nisi ex historia didicissem viros eos, qui arma Diis penatibus consecrabant, & nunquam ea nisi aut peregrinationis aut belli causa promebant, olim sibi armis & victoriis suis universum terrarum orbem aperuisse, tandemque vetustissimum illud Persarum imperium magnis olim prælis fractum & debilitatum funditus evertisse. Quinetiam Romani ipsi gentium omnium victores, stante adhuc & florente Republica, legem Juliam religiose observabant, quæ severissime in illum animadvertebat, qui pubes in publico cum telo fuisse arguebatur. Plura in eandem sententiam scribi possent, & à nobis fortasse aliquando uberius lex illa Julia explicabitur. Sed jam sentio me Pindarico more in Græcorum instituta & consuetudines paulo liberius digressum & evagatum. Ut igitur è diverticulo in viam redeam, certum est Græciam antiquam militaris gloriæ cupidissimam, una arte gladiatoria excepta, omnia corporis exercitia nuper à nobis memorata studiosissime usurpasse. Quibus & alia non multum his dissimilia Pausanias addidit in libris Græcarum antiquitatum: quale est

Dddd d 2 commentum

commentum illius, qui primus in theatrum Olympiæ prodiit à capite ad calcem gravi armatura tectus, & clypeum læva appensum gerens, ut armis ita oneratus stadium duplexque decurreret. Atque hunc idem Pausanias refert faustis omnium acclamationibus exceptum, quod tale inventum bellici laboris longe gravissimi imaginem expressam habere videretur. Porro ne certamina & contentiones hujusmodi aut temporum injuria aut juventutis ignavia exolescerent, in singulis paulo amplioribus Græciæ civitatibus certis statisque temporibus festi dies Deorum cultui & ceremoniis consecrati agebantur, eam præcipue ob causam, ut qui eo convenissent adolescentes, publicis exercitiis & certaminibus obeundis robora viresque admirabiles ostentarent. Qui autem pugnando superiores evaserant in oculis civium, diversis honoribus & præmiis donisque afficiebantur. Atque in his singularum civitatum stadiis Græci adolescentes veluti posito tyrocinio, postea exercitati in quatuor illa celeberrima prodibant universæ Græciæ communia, Olympiacum scilicet, Pythium, Nemeacum & Isthmium. His autem singulis Judices præsidere consueverant, βραβευταὶ vel ἑλλανοδίκαι nuncupati: à quibus spectata singulorum virtute victores victorumque urbes publicis coronis exornabantur: &, ut inquit Cicero, Olympionicem aut Pythionicem esse in Græcia paulo minus erat, quam Romæ triumphare. Quoniam tamen antiqui coronarum illarum, quas diximus, ut folia, sic decus & gloriam brevi fluere & marcessere videbant, statuas autem multis casibus dejici aut deteri & absumi vetustate: ideo prudentes olim victores excellentium Poetarum ingenia sibi conciliabant, ut eorum carminibus hymnisque egregiis sempiternæ hominum memoriæ commendarentur. Talem olim Pindarus operam victoribus multis illustribus navavit in Olympiis & Pythiis, quæ nos antea Latinitate donavimus. Nemea autem hujusmodi olim originem habuisse dicuntur. Quum Hypsipyle Lemni regina, maribus omnibus per totam insulam occisis, patrem suum Thoantem diu in arca conclusum servasset, tandemque infausta filiæ pietas emanasset in vulgus: Lemniades cæteræ graviter indignatæ & Thoantem in mare demergunt, & Reginam Hypsipylem deposcunt ad supplicium. Quo illa audito fuga evadere conatur, sed sola timide errans, à piratis littus explorantibus excepta est, & postea Lycurgo Argolicæ regionis Principi Jovisque sacerdoti vendita. Is captivæ pulchritudine & genere commotus Opheltem illi filium educandum tradidit. Jam enim illa ex Jasone Argonautarum duce geminos pepererat. Sub idem tempus forte accidit, ut septem Argolici duces cum copiis ingentibus ad Thebas obsidendas proficiscerentur: quumque ardentissimo sole per Nemeam regionem exercitus iter faceret, & fluviis circum omnibus exsiccatis tota pæne agmina siti enecta deficerent: celeriter duces antegressi, ut fluvium aliquem fontemve investigarent, Hypsipylem cum alumno obviam habuere. Illa continuo re intellecta principibus Græcis ducem sese ad aquas fore pollicita est, & ut onere levata celerius incederet, Opheltem puerum in gramine mollissimo incauta deposuit. Profecta nutrice alumnus herbam ludibundus premens floresque deosculans suaviter oblectabatur. Sed paulo post anguis è latebra exiliens puerum incustoditum morsu exanimavit. Quo nuntio ad Lycurgum perlato mœstissimus pater mortem filii indignissime ferens, Hypsipylem nutricem de medio tollere cogitabat. Sed Argivi Duces beneficii accepti memores Regem merito irascentem multis tandem precibus verbisque placavere: atque in Nemea regione eo ipso in loco, ubi infans ictu serpentis occiderat, ludos funebres instituerunt, qui tertio quoque anno in honorem Opheltæ sive Archemori extincti omni certaminum genere celebrarentur: ut patris dolorem acerbissimum illo saltem immortalis honoris solatio aliqua ex parte mitigarent. Sic Nemea primum (ut accepimus) instituta sunt, quorum victores à Pindaro in hoc libro numerosis hymnis & carminibus extolluntur. Nos autem ea ipsa Latinis versibus utcunque explicata tibi potissimum dedicanda censuimus, Vir amplissime, qui quidem multorum errore neglecto humanitatis studia quasi vana & inutilia deridentium, semper tibi ad excellentem ingenii judiciique vim adjumenta doctrinæ & eruditionis adjicienda existimasti: atque hac veluti duplici anchora utens, prudentissimus gubernator, quamvis in summis temporum nostrorum tempestatibus & fluctibus, navim tamen reipublicæ salvam incolumemque præstas, præstabisque in posterum cum incredibili quadam & immortali nominis tui commendatione & gloria.

NEMEA PINDARI

LATINO CARMINE REDDITA,

PER

NICOLAUM SUDORIUM,

Inquiſitionum Præſidem.

ODE PRIMA CHROMIO

ÆTNÆO PRINCIPI CURRU victoriam adepto.

Numero quo apud Horatium, Te maris & terræ, numeroque carentis arenæ.

ORTYGIA, Alphei requies, claris Syracuſis
Addita pars, ſoror inclyta Deli,
Artemidis ſedes, ex te jam prodeat hymnus
Dulce ſonans, qui jactet equorum
Alipedum curſus rapidos ſimileſque procellæ,
Ætnæi recreans Jovis aures.
Me rota velocis Chromii Nemeæque corona
Admonet, ut felicibus actis
Principis impendam numeros & carmina vates:
Utque decus virtutibus addam,
Quarum debetur ſuperis cœleſtis origo:
Nam divorum munere ſemper
Gloria ſublimes homines ad ſydera tollit.
Nunc concurſus apta feroces
Dicere Melpomene tenebris hanc exime terram,
Quam ſtellantis rector Olympi
Perſephone dedit, & concuſſo vertice nutans,
Uberibus flaveſcere juſſit
Meſſibus ante alias lætantes frugibus oras,
Turrigerumque altis caput aſtris
Inſerere, amplexam gremio mille oppida lato:
Gens ubi ſumptis fulgurat armis
Aſſidue, ferrumque minax, & prælia tractat:
Sæpe etiam certamine victrix
Piſæo implicitas foliis auroque coronas
Sicanis penetralibus affert.
Multa alias cecini vera præconia voce:
Nec citharæ modo fila movere
Diſplicet ante fores ejus, qui celſa libenter
Hoſpitibus ſua tecta recludit,
Mollis ubi me cœna manet, dilectaque ſedes
Convivas aſſueta frequentes
Accipere externis venientes undique ab oris,
Invidia indignante maligna.
Vir bonus invidiam domat, ut fluvialibus undis
Injectis perit igneus ardor.
Non omnes ars una juvat, ſed quilibet audax
Natura duce pergere debet,
Atque iter indugredi rectum, ſeu robore fidat,
Seu rem conſilio gerat acri,
Eventura videns animo. Tibi, victor, utrumque
Contigit, adjectæque potentes
Divitiæ, quas tu obſcura fuge condere terra,
Et proprios bona profer in uſus,
Deinde aliis largire libens. Sic fama paratur,
Sic & copia rebus in arctis.
Nam miſeros inter mortales mobilis uſque
Sors incertis paſſibus errat.
Cum Chromi ætatemque tuam contemplor & acta
Jam teneris ingentia in annis,
Herculis invicti virtutem animoſque recordor,
Pieriuſque animi furor ardet
Dicere nata ſimul perfectaque robora magni
Alcidæ, ſi vera vetuſtas.
Fama eſt Alcidem ſimul Iphiclumque gemello
Enixu fugiſſe parentis
Viſcera, & ætherias cæli veniſſe ſub auras.
Sed fratrum generoſior alter
Falſiparens, mox eſt oculis ſignatus iniquis
Iratæ Junonis, ut aureas
Ingreſſus cunas jacuit. Gravis ergo noverca
Fœmineo furiata dolore
Immiſit pueris geminos crudeliter angues,
Queis ædes patuere recluſæ.
Atque hi continuo thalami in penetralia lapſi
Cœruleis vincire parabant
Nexibus infantes, rapidiſque abſumere malis.
Sed rectum oppoſuit caput unus,
Et puer in primæ veniens diſcrimina pugnæ
Ambabus manibus, velut arcta

Forcipe, compressit tumidorum colla draconum:
Sicque elisis faucibus ater
Spiritus erumpens liventia membra reliquit
Vitali defecta calore.
Obstupuere nurus, quibus ægra puerpera curæ.
Quin Alcmena cito pede mater
Nuda thoro exiliit, sævis ut pignora monstris
Eriperet, pestique propinquæ.
Nec non accurrere duces longo ordine Graii,
Armorum fulgore micantes.
Amphitryo imprimis stricto celer affuit ense
Tristitia confixus acuta.
Namque omnes sua damna gemunt, alienaq; nullo
Respiciunt incommoda luctu.
Ut vero elisos angues nova robora nati
Intuitus pater, atque retextum
Rumorem, hic totis exhorruit artubus, anceps
Lætitia mistoque timore.
Quare Tiresiam cunctis è vatibus unum
Rectiloquo fata ore canentem
Rex ad se vocat. Ast illi Danaumque catervis
Mox sapiens edisserit augur,
Qui puerum expectent casus, quæ monstra sit olim
Et terra domiturus & undis.
Quendam etiam obliquo gradientem calle tyrannũ
Herculeæ jam destinat hastæ.
Adjicit & divos quandoque gigantibus altis
Bellantes Phlegræa per arva,
Alcidæ sibi juncturos socialia tela,
Quorum effusa grandine densi
Titanes pereant, tellusque infecta rubescat
Vulneribus sanieque suorum.
Tum canit heroi valido post mille labores,
Postque decus sudoribus emptum,
Otia portendi & tranquillæ gaudia vitæ,
Non vicibus mutanda nec annis.
Tum memorat quæ sit rerum miracula cælo
Visurus novus ætheris hospes:
Utque sit in sedes illi ducenda beatas,
Inque thorum formosa Juventa,
Postquam hilaris sponsus Jovis intra tecta recumbens
Se dapibus satiarit Olympi.

ODE SECUNDA

TIMODEMO ATHENIENSI PANCRATIASTÆ.

Numero quo apud Horatium, Vides ut alta stet nive candidum.

UT consuentes carmina Homeridæ
Exordiuntur ab Jove maximo:
Sic Atticus victor Nemæi
E spatiis Jovis atque Luco
Frondente honorum primitias tulit.
Quod si hunc parentum laudibus æmulum
Produxit ætas, rara ut esset
Gloria Palladiis Athenis:
Illustre certe Timonoi genus
Posthac frequenter deferet Isthmios
In tecta flores, Pythiasque
Sæpe dabit Laribus coronas.
Et usque faustis palma penatibus
Accedet, alto sicut in æthere
Sectatur Orion propinquo
Sydere Pleiades micantes.
Divisa nuper te Salamis novum
Sensit colonum. Victor, at hæc viros
Nutrire fortes apta tellus,
Hectori uti Phrygibusque major
Ostendit Ajax pulvere Troico,
Cui palma duri Pancratii parem
Te reddet attolletque in altum,
Cecropidum, Timodeme, robur.
Adhæc Acharnas, quæ tribus est tua,
Quis non alumnas esse ferocium
Novit virorum? Quisve in omni
Pulvere curriculoque nescit
Semper tuorum præcipuum decus
Regnasse? fortes nam Timodemidæ
Olim quater Parnasso ab alto
Egregias rapuere palmas.
Corinthiorum judicio virum
Octo coronis implicitum caput
Gessere: septenos honores
E Nemea retulere opaca:
Plures Athenis cum fieret Jovi
Certamen intra mœnia Palladis.
At tu urbs sagaci sacra Divæ
Læta Jovem celebra tonantem,
Nomenque civis nuper ab extera
Ora reversi, non sine laudibus
Donisque magnis. Ergo dulces
Funde viroque Deoque cantus.

ODE TERTIA.

ARISTOCLIDÆ ÆGINETÆ PANCRATIASTÆ.

CAMOENA nostri nobilis ingeni
 Alumna, nunc quum se Nemeas refert
 Sacerque mensis, liberalem
 Oenopiam pede tange fausto,
Asopias te namque ad aquas vocat
 Vocalium grex Aonius virum,
 Prædulcis hymnorum architectus,
 Læta choro modo, diva, præsis.
Diversa rerum copia multiplex
 Exposcit inter cætera carmine
 Victoria exultante gaudet,
 Atque apio redimita virtus
Versus fideles diligit asseclas.
 Tu larga eorum flumina pectore
 Effunde nostro, Musa quondam
 Nubifero sata patre Cælo:
Ordire & hymnum, quem sociem Lyræ
 Virumque claris vocibus: ac meo
 Cantetur insigni labore
 Urbs mediis sita dives arvis,
Pecuniosi Myrmidones ubi
 Sedere primum. Myrmidonum genus
 Non turpat infamatve segni
 Natus Aristomenis juventa:
Nec ille sævis Pancratii ictibus
 Fractus recessit, sed decus inclytum
 Salubre plagarum levamen
 E Nemea retulit profunda.
Quod si, decoris corporis artubus
 Facta exequutus splendida, contigit
 Sublime virtutum cacumen:
 Non pelago licet ire vasto
Ultra columnas Herculis arduas,
 Quas ille metam navibus ultimam
 Defixit, & diversa ponto
 Monstra manu domuit potenti.
Utque est recessus æquoris intimos
 Scrutatus heros, quatenus it ratis
 Reditque: sic terrestris idem
 Signa viæ posuit suprema.
Cur, Musa, littus tendis ad exterum,
 Rectoque cursu pergere desinis?
 Non Herculem, quæso, sed acrem
 Æacon, Æacidasque canta,
Ægina quorum patria nobilis.
 Sermo ille, fortes laudibus affici
 Qui præcipit, de fonte justi
 Perpetuo fluit atque manat.
Nec tu, merentes cum celebras viros,
 Externa quæras nomina, sed domo
 Assume dicendos honores
 Indigenas: prope te tuamque
Est sæpe dives materia ad manum,
 Honore dulci quam Lyra garriat.
 Porro vetusti facta Pelei
 Læta & adhuc speciosa florent.

Hastile Peleus sumpsit ab arbore
 Grave, & ferendum nulla alia manu:
 Solusque Iolci cepit urbem
 Nulla equitum peditumque turba.
Peleus amatam cælitibus Thetim
 Arctis in ulnis implicuit ferox.
 Ast Ilion vastavit arcus
 Herculeos Telamon sequutus,
Alcida & idem sub duce ferreis
 Telis coruscas stravit Amazonas:
 Nec vim viri repressit unquam
 Exanimis glacies timoris.
Nativa jactant robora nobiles,
 Lucentque avitæ sydere gloriæ:
 Qui vero quæsitum labore
 Nomen habet, misera vel arte,
Is sæpe peccans ambiguo gradu
 Vacillat anceps, magnaque deserit
 Incœpta, felicem petitis
 Nescius imposuisse finem.
Huic multum Achilles dissimilis comam
 In colla flavam fusus adhuc puer
 Ingentibus prælusit ausis
 Phillyridæ senioris hospes:
Parvumque vibrans missile brachio
 Fidente ventis acribus ocyus
 Transfixit immites Leones,
 Fulmineosque cecidit apros:
Ac belluarum membra calentia
 Chironi anhelis gressibus attulit,
 Quum sexta tantum pusioni
 Impavido rediisset æstas.
Posthac ut ætas crevit, eum Dea
 Suspexit audax Pallas & Artemis,
 Dum rete neglecto plagisque
 Vique canum celerum relicta
Cervos fugaces assequitur pedes,
 Prensosque acuta cuspide conficit.
 Sed antequam percurro Phthii
 Facta ducis, catus ille Chiron
Dicendus, antri fornice qui sedens
 Præcepta fortis militiæ dedit
 Nato Æsonis, natumque Phœbi
 Edocuit medicas per artes
Tractare miti vulnera dextera.
 Idem marinam conjugio Thetim
 Devinxit, enixæque fœtum
 Nutriit, exacuitque ad arma:
Ut ille cani flatibus æquoris
 Delatus altam viseret Ilion,
 Et Dardanos mox irruentes
 Exciperet, Lyciasque turmas:
Ut primus alis Æthiopum nigris
 Manus feroces armaque conserens
 Averteret campis Eois
 Memnona Deiphobi propinquum,

Victumque terra sterneret hospita.
Factis ab illis lux oriens adhuc
Gentem Æaci fulgore vestit
Purpureo, bone Rex Deorum.
Virum ille sanguis nam thus, & tuum
Certamen hoc est, quod decorat sonis
Concors juventus, atque honorem
Cum fidibus patrium maritat.
Vox alta laudum convenit arduo
Victori, & illi, quo tumet insula
Ægina alumno: quoque templum
Urbis Apollineum superbit.
Quantum quis inter mille hominum greges
Excellat, usus experiens docet.
Hic civium primus, decoris
Cum pueris puer est, vir idem
Cœtu in virili, cum senibus senex:
Ac sese in omnes lubricus induit
Mortalium formas, tribusque his
Dotibus adjicienda quarta:
Quod usque lucis præteritæ memor
Præsentis horæ lætitiam rapit.
Amice, salve: en dona mellis
Mitto tibi niveique lactis.
Prædulce Naturæ hoc opus, hoc apis
Laboriosæ, roscidus & liquor
Uterque commixtus replevit
Pocula Pieridum sororum.
Nec tu queraris, quod mea tardius
Inflata ventis Dorica fistula:
Quænam ocior libratur ales
Præpete fulminea Tonantis?
Hæc ipsa cœlo sæpe moram trahit
Incerta prædæ: mox ut ovilia
Despexit indefensa, velox
Dilaniat pedibus cruentis.
Contra loquaces gutture Gracculi
Languente penna radere humum solent,
Segnesque pascuntur volucres,
Opprobrium nemoris virentis.
His nostra dispar Musa tuum caput
Fulgere dicet, sydus ut aureum
Asclepii Phœbea ab urbe
Et Megaris Nemeaque victor.

ODE QUARTA

TIMASARCHO ÆGINETÆ LUCTATORI:

Numero quo apud Horatium, Jam satis terris nivis atque diræ.

CARMEN ærumnis gravibus medetur,
Ac modi Musa genitrice nati
Vulnera & sævos hominum dolores
Leniter ungunt.
Non aquæ sic vis liquidæ, & tepescens
Balneum athletæ recreat lacertos
Ictibus fessos, uti vox loquuta
Cum fide dulci,
Lausque perdurans memores in annos.
Dicta nam vivunt animata factis
Longius, si quæ sacra lingua ab alto
Pectore duxit,
Suavi & aspersit Charitum liquore.
Primus hic pulsus citharæ Tonantem
Et Timasarchum Nemeamque grato
Murmure tangat.
Nosque psallentes adamat probetque
Æaci tellus redimita ponto,
Lumen externis procul hospitali
Littore monstrans.
Quod si adhuc, victor generose, qui te
Edidit, Solis radiis caleret,
Sæpe discurrens vario sonantes
Pollice chordas,
Protinus nostræ numeris Thaliæ
Totus acclivis simili feriret
Barbiton plectro pater, inque fili
Iret honores.
Nec Cleonæas pateretur ejus
Laureas ævo fugiente carpi:
Nec coronarum decus Atticarum
Æquore mergi:
Dona nec Thebis data septiportis.
Namque ubi claro tegitur sepulcro
Natus Iphicli, placida & repostus
Sede quiescit:
Hic libens te plebs hilarisque nimbo
Obruit florum, Timasarche, dulcem
Propter Æginam, patriæ & tulisti
Munera civis
Gratus in cœtus veniens amicos,
Quando lustrasti socialis urbis
Mœnia, & lata es spatiatus aula
Herculis alti.
Quem ducem fortis Telamon sequutus
Ilium fertur populatus, atque
Corpore immanem manibusque sævum
Alcyonea.
Sed prius terra satus ille bis sex
Contudit saxo feriente currus,
Bisque victores totidem tremendo
Perculit ictu:
Hectoris quamvis comites Deumque
Filii audaces steterant in armis.
Inscius belli, mea dicta tarda
Qui capit aure:
Quive miratur titubasse prima
Cœpta victoris, veterum ut virorum:
Magna patrantes aliquid sinistri
Ferre necesse est.
Dicerem casus similesque pugnas
Fortis Alcidæ, sedenim gravis me
Dicta lex arctat, properans & hymnum
Hora reposcit.

Ac

Ac ratis quanquam mea jam relicto
Littore incedat medios per æstus:
Mens tamen festi sacra læta mensis
Tangere gestit.
Pindare, egressus fuge, deviosque
Tramites vita; tua ne quis hostis
Carmina occulte premat, utque multa
Luce decorus
Æmuli supra caput ire possis,
Qui, malum gestans oculis venenum,
Versat infelix humiles in atro
Pulvere curas.
At tibi quam vim dedit & canendi
Gloriam Phœbus, dominansque fatum,
Astra firmabunt, veniensque in ævum
Sanciet ætas.
Musa quamprimum digitis lyraque
Lydium blande resonante in usum
Divide Æginæ placitura verba,
Grataque Cypro.
Quam satus magno Telamone Teucer
Rexit: At portum Salaminis Ajax:
Insulam Euxini maris albicantem,
Flavus Achilles:
Imperat Phthiæ Thetis aucta templis:
Pyrrhus Epirum viridem tuetur,
Pascui montes ubi celsa dorso
Nubila pulsant.
Hincque Dodonam, maria inde tangunt,
Pelii radix nemorosa montis
Bellicis Pelei manibus subactam
Vidit Iolcum,
Thessalæ & junctam violenter oræ:
Æaco postquam patre natus heros
Crimen est stupri grave passus insons
Indice falsa
Conjuge Acasti: neque fraus marito
Defuit, qui mox in opaca sylvæ
Lustra deductum juvenem cruentis
Tradidit ursis:
Ni senex Chiron repulisset acres
Belluas injusti odii ministras,
Quæque descendunt rutilante ab æthra
Fata fugasset.
Postea Peleus neque victus igni,
Ungue nec sævo rapidi Leonis
Territus, cum se Thetis in figuras
Mille novaret.
Sed feræ morsus avidos coercens
In suos artus vitream redegit
Æquoris nympham, vir uti marinæ
Naiadis esset.
Visaque est illi radiante luce
Connubi sedes eboris rotunda,
Qua dii cœli & maris accubantes
Dona dedere,
Vimque sponsorum generi futuro
Usque mansuram, armigerumque robur.
Sufficit nautis penitus remotas
Visere Gades:
Cæca nox ultra est, tenebræque densæ,
Quas licet nullis penetrare remis.
Clio, in Europam celeris reflecte
Vela carinæ.
Nam quis exhaustos memoret labores
Æaci natis, alacresque pugnas
Mille pugnatas? numerus canentem
Obruit ingens.
Me Theandridis, genus unde ducis
Patrium, Victor, Nemeæ, Corintho,
Elidi notis facilem dedere
Numina vatem.
Jure nam ternis stadiis Theandri
Sæpe luctata est soboles, nec unquam
Fronde victrici spoliata vidit
Mœsta Penates.
Hinc virum quæ te dedit alma tellus
Cæteras sese super eminenti
Vertice attollit, resonatque multa
Laude suorum.
Nec patris tantum celebris propago:
Sed si adhuc me vis Timasarche fratri
Matris invicto manibus columnam
Ponere rectam,
Quæ Paro excisos lapides nitore
Vincat: en dextra est operi parata,
Ignis excocto rutilum decorem
Adjicit auro.
Hymnus exornans animosa facta, &
Fortis athletæ juvenile robur,
Illius clarum genium supremis
Regibus æquat.
Ergo Callicles decus ille gentis
Grande maternæ, modo functus ævo
Pindari dulces numeros sub imis
Audiat umbris.
Ipse & applaudat sibi, quod superstes
Luce Neptuni redeunte sacra
Post graves pugnas apio ligarit
Tempora vivo,
Hic ubi duplex mare rumpit Isthmos.
Euphanes, credo, hunc etiam beatis
Manibus junctus memor ante vitæ
Concinet ultro.
Et senem canus referet poeta,
Ut pares annis decorat juventus
Læta sub densis nemorum viretis
Elysiorum.
Quisque res visas sibi cantat audax,
Et libens notos loquitur triumphos:
Sic Timasarche celebrans aliptem
Melesiam quis
Æmulæ spernat maledicta linguæ:
Ille non solum juvenes olivo
Doctus inducit, stadiique certa
Erudit arte:
Verum adhuc sermone potens in aptum
Verba contorquet redigitque gyrum,
Nescius vinci, violensque iniquis,
Lenis amicis.

ODE QUINTA

PYTHEÆ LAMPONIS FIL. PANCRATIASTÆ.

Numero quo apud Horatium, Mæcenas atavis.

NON ſum pictor ego, nec ſtatuarius,
Qui lentis manibus cudere imagines
Torpentes ſoleam, ſignaque neſcia
Emigrare domus poſtibus aureis:
Sed ſum Pierii carminis artifex.
Ergo, Muſa, citis navibus & ſcaphis
E curvo Oenopiæ littore provola
In quaſcunque plagas, ac Pytheam refer
Lamponis ſobolem pancratio gravi
Certaſſe in Nemeæ gramine, & ardua
Devinxiſſe novis tempora frondibus.
Vix illi puero vernat adhuc gena
Primo flore virens roboris indice:
Et jam belligeros Æacidas Jove,
Saturno & vitreis virginibus maris
Prognatos decorat, nec patriam minus
Tellurem hoſpitiis dulcibus inclytam:
Quam poſt lethiferi diluvium aëris,
Pallenteſque animas vulgi Erebo datas,
Implerunt populo Myrmidonum novo
Peleus & Telamon, & prope littora
Phocus cœrulea progenitus Dea.
Aſpexitque libens Hellanius pater
Divorum unanimes tres ſibi ſupplices
Tollentes liquidum brachia in æthera.
Decantare pudet poſterius nefas
Commiſſum Æaciis fratribus, & pii
Dextras immemores, utque domeſtica
Tincti cæde duo tecta reliquerint:
Et quæ ſors validos expulerit duces
Felici Oenopia, prætereo ſciens.
Non ſemper facie ſplendida veritas
Fictis utilior. Sæpe tacentium
Muto conſilio nil ſapientius.
At ſeu quæris opes cælitus additas
Magnis Æacidis, ſive ferociam,
Seu pugnata manu prælia ferrea
Audire: hic mihi tu, quæſo, patentius
Deſigna ſpatium, quod ſuper evolem
In ſaltus agilis: non aquila ocior
Et terras humiles & mare præterit.
Nec ſolus veterem concelebro domum:
Hanc olim umbriferi vertice Pelii
Formoſus cecinit Pegaſidum chorus:
Inter cælicolas quum medius gregi
Præeſſet virgineo Cynthius & Lyram
Plectro ſeptifidem tangeret aureo.
Sed tum Pierides ab Jovis ignibus
Exorſæ & vetito Nereidis thoro,
Ipſam deinde oculis ſydeream Thetim
Dixere, & validum Pelea, carmini
Addentes ut eum cælitibus parem
Cretheis Veneris vulnere ſaucia
Regina Hippolyte quæſierit ſuis
Irretire dolis exitialibus:
Quum jam fœmineis conjugis artibus
Acaſti levitas inſciæ crederet
Tentatum thalami fœdus ab hoſpite,
Pollutamque fidem: ſed pius advena,
Ipſa infida viro: quæ miſeras preces
Toto ſæpe animo fuderat, ut metu
Cunctantem juvenem ſolveret impudens.
Aſt hunc lingua ſono læſerat aſpera.
Quare infanda ſemel gaudia reſpuit,
Telo ultore Jovis territus hoſpitis.
Quod ſummo ille videns lætus ab æthere
Regnator ſuperum nimbipotens Deus
Poſcentis meritis commodus annuit
Unam è Nereidum ſtirpe natantium,
Cui ſponſus niveum conſereret latus.
Nec fratris placitis durior obſtitit
Canus cœrulei gurgitis arbiter,
Ægarum è viridi margine qui frequens
Iſthmi littus adit nobile Dorici:
In quo illum juvenum pompa decentium
Gaudentem ad calamos excipit obvia,
Et certamine mox exuitur ſacro
Depugnare animis prompta virilibus.
Eventum & dubios dirigit exitus
Athletis data ſors protinus editis.
Tu vero, Euthymenes diti Ephyra procul
Qua natale ſolum ridet, adoreæ
Victricis recubans molliter in ſinu,
Guſtaſti Aonidum munera ſuavium.
Poſt te floret adhuc palmifer & tibi
Conjunctus Pytheas matris origine,
Communeſque beat pancratio lares.
Hunc vallis Nemeæ novit, & additus
Faſtis Oenopiæ Delfinius ſacer
Menſis, laurigero gratus Apollini.
Hic ætate pares ſæpius & domi
Et Niſi aërio perdomuit jugo
Illuſtris Megaris, gaudeo pluribus
Virtutum ſtatui præmia in urbibus,
Queis invicte fruens læta moleſtiis
Compenſata tenes nobilis Attici
Menandri auxilio. Cecropidam decet
Fortem exercitiis præeſſe virilibus.
Quod ſi forte ſenis facta Themiſtii
Cantaturus ades, quo Pytheas avo
Exultat genitus, ne rigeat tibi
Pigro lingua gelu, verba ſed effluant
Denſæ more nivis, velaque in arduum
Malum elata Notis trade faventibus.
Dic illum nitidis urbe Epidauria
Bis ornaſſe comas, & pugilem & truci
Uſum pancratio. Dic ut ab Æaci
Templo rettulerit ſerta virentia
Felix, auricomis non ſine Gratiis.

ODE SEXTA
ALCIMIDÆ ÆGINETÆ PUERO LUCTATORI.

Numero quo apud Horatium, Scriberis Vario fortis & hostium.

GENS est una virum, gens quoque cælitum,
Terra utrosque suis mater alit bonis:
Sed divis homines robore dispares
Momento pereunt brevi.
Cæli ærata rigent claustra perenniter,
Æternique manent illius incolæ:
Queis nos ingenii grandis acumine
Vel forma similes sumus.
Quamvis nec tenebris cuncta tegentibus,
Nec quum Sol medio lucidus æthere,
Scimus quam Lachesis nos velit ultimam
Vitæ tangere lineam,
Incertos dubiæ sortis & exitus,
Cognatos superis cetera. testis est
Dictorum Alcimidas, qui genitus domo
Campis uberibus pari.
Ut nunc lætus ager messibus annuis
Implet ruricolis horrea, nunc jacet
Intactus valido vomere, dum quies
Effœtum reficit solum:
Sic sese Alcimidæ continuit parens
Expers gymnasii, filius acrior
Frondosis Nemeæ vallibus exiit
Luctatu celebris puer.
Atque hanc accipiens ab Jove gloriam
Firmis enituit corporis artubus,
Indefessus avum singula subsequi
Per vestigia nobilem.
Namque is Praxidamas primus Olympiæ
Decerptas oleas attulit Æaco,
Ornavitque sibi tempora quinquies
Claris frondibus Isthmiis,
Ter vivax apium crinibus addidit
Vinctis in Nemea: sicque nigrantibus
Ereptum tenebris atque silentio
Socldæ patrium caput,
Tot nati meritis: queis similes duo
Fratres palmiferi laudis in arduum
Conscendere jugum, membraque publicis
Impendere laboribus.
Nec cæstus gemini pugna aliam domum
Palmarum dominam reddidit omnium,
Quas intra Danaum concava mœnia
Bellantum potior rapit.
Spes me magna tenet, grandia si loqui
Atque excelsa queam, non procul à scopo
Delapsura mihi tela sonantia.
Quare arcum cape Pieri,
Et Victoris avos missilibus feri:
Nec gentem stadio vincere strenuam
Unquam nobilium flamina carminum
Aspirantia deserant.
Et vinctis numeris & pede libero
Scribendi artifices magnanimum virum
Res gestas memorant, factaque mortuum
Crebris laudibus efferunt.
Quos inter veteres, victor, avi tui
Bassidæ haud celebris nominis indigent:
Privatum sedenim suppeditant decus
Nautis Pieridum vagis,
Quod longum celeres per mare devehant.
Jam primum religans brachia Callias
Loris ossifragis contudit æmulos
Festo Pythiados die,
Dictynnæ & Clario gratus Apollini.
Idem inter juvenum noctivagos choros
Fulgens emicuit Castaliam prope
Musis dulce sonantibus.
Quaque Isthmus gemino tunditur æquore,
Lucum cœrulei Nereidum patris
Ornavit, pecorum mille greges sacro
Occidente triennio.
Nec non illi apii serta virentia
Devinxere comas, hic ubi trux Leo
Alcidæ domitus frondifera jugi
Sub radice Phliasii.
Æginæ seges est ampla vigentibus
Scriptorum ingeniis, atque ferax solum
Virtutum, sedenim Parca virum gregi
Natos eximit Æaci:
Hi permulta suæ signa potentiæ
Monstravere, & adhuc aërii super
Terras frugiferas & super æquora
Famæ remigio volant.
Nigras Æthiopum quinetiam domos
Rumor belligeri nominis attigit,
Quum fortem Æacides Memnona cuspide
Irata petiit furens.
Excussitque citis sanguineum rotis
In terram calido pulvere sordidam.
Trita est hæc aliis orbita, quos ego
Cura pervigili sequor.
Quanquam grata magis facta recentia
Quam prisca alterius prælia sæculi,
Ut non præteritus, sed veniens movet
Fluctus pectora navitæ.
Quare audax humeris tollo volentibus
Duplex illud onus, quod mihi nuntio
Imponunt simul urbs & genus Æaci
Immoto Alcimidas gradu.
Huic vigesima nunc quintaque gloria
Quæsita est proavum laudibus æmulo.
Uni nam generi tot decora inclyta
Sacris parta laboribus.
Quin nuper pueros inter amabiles
Luctanti Alcimidæ, nec Timidæ minus
Cognato, celebrem Palladis arborem
Porrexisset Olympias
Quinquennis rediens in Chronii juga:
Ambos ni celeri barba nimis pilo
Exclusisset ea sorte, virilibus
Ultro cœtibus inserens.
Tantum Melesias præcipiens valet,
Qui delphine cito promptior erudit
Informatque suos, brachiaque & manus
Aurigæ similis regit.

ODE SEPTIMA

SOGENI ÆGINETÆ PUERO PENTATHLO.

Numero quo apud Horatium, Altera jam teritur bellis civilibus ætas.

ILITHYA gravis Junonis filia & usque
Tribus severis assidens Parcis comes,
Prima parens hominũ, sine te non lumina Phœbi,
Non astra noctis vagientes cernimus:
Matura per te duramus membra juventa,
Auraque eadem differentes vescimur
Mortales, animis diversa capessere nati.
Tu, diva, charum Thearioni Sogenem
Largita es, sobolem jam desperante senecta.
At nunc Parenti redditus cano puer
Ingens nomen habet,caniturque per oppida victor
Disco, sagitta, saltibus, lucta, fuga.
Non honor hic toties cantata mirus in urbe,
Quæ culta magnis Æaci nepotibus.
Æacidæ ingentes æquant virtute labores,
Nec pectus infra prælii ærumnas gerunt.
Quum quis opus manuum palma victrice coronat,
Occasionem dat canendi dulcium
Vocibus Aonidum puro manantibus ore.
Vires feroces Thracia indictæ lyra
Obscuro circum nebulæ funduntur amictu.
Nec facta vivunt præliantum fortia,
Ni, claro veluti in speculo, per carmina lucent.
Oblivionem discutit sola invidam
Mnemosyne, versusque Orco persolvit avaro,
Virum redemptis glorians laboribus.
Sudo nauta brevi sapiens diffidit, & austros
Tribus diebus ante solers prævidet.
Dives inopsq; simul tenebrosa ad busta feruntur,
Et absque Musa conditi æternum latent.
Majorem ipse reor fama, quam rebus Ulyssem
Debere Homeri Gratiis longum decus.
Namque agilis facto mendacia pingit honore
Vates, & aures fabulosus imbuit,
Elusos ducens animos quocumque libido est:
Ut sæpe vulgi cæca sunt præcordia.
Nam si vera oculi semper manifesta viderent,
Non judicantum cœtus Argivum levis
Magnanimo Ajaci Phthii ducis arma negasset,
Nec verberasset cuspide obliqua latus,
Pelida excepto fortissimus unus Achivum,
Qui flavam Atridæ redditurus conjugem
Vectus erat celeri ruitura ad Pergama puppe,
Ventorum & auris acriter spirantibus.
Verum homines leti tempestas obruit omnes,
Inque antra Ditis clari & obscuri cadunt.
Hi post fata vagi volitant rumore secundo,
Quorum Thalia molle nomen educat.
Fama Neoptolemi talis, nec læsa nec unquam
Petita nobis insolente carmine.
Ille hostis Priami versam post Ilion, almæ
Terræ umbilicum venit undoso mari,
Phœbea tumulum Delphis habiturus in æde.
Namque ut peractus longus Argivum labor,
In diversa alii nigris abiere carinis:
Pyrrhus rejectus Scyro ab imbelli procul
Fluctibus adversis Thesprotia contigit arva,
Rexitque opimam non diu Molossiam.
Immortale tamen terræ decus addidit heros,
Et inde templum est Phthii advectus Dei,
Ut Trojana tholo victor suspenderet arma.
Atque hic cruentam donec hostiam trahunt
Rixantes, hinc sacrificus, dux inde Pelasgum:
Manu imbecilli concidit ferocior.
Jucundi hospitibus Delphi gemuere cadentem,
Fatale sed vir debitum persolverat.
Præterea Æacidam Parcæ voluere tyrannum
Jacere luco Phthii veterrimo,
Æternamque Dei prope limina figere sedem.
Deinde hic manere debuit perenniter
Excubitor fidus, sacra qui pompasque frequentes
Duci videret inclytis heroibus.
Hæc mihi causa triplex insignis reddita leti
Intemperantis eluet linguæ notam.
Non Ægina gravis venturum testis in ævum
Jovis tuisque deerit abnepotibus,
Me laudes celebres illorum & facta canente:
Opus tametsi est nil paventis ingeni,
Heroum externam virtutibus addere lucem,
Quorum refulget sat domesticum jubar.
Hactenus Æacidas cecini, requiescere gratum.
Sermone in omni mella non semper juvant,
Nec semper dulce est Veneris decerpere flores.
Porro futuri dispares in æthera
Prodimus liquidum, primaque ab origine cuncti
Vel læta sorte ducimus, vel tristia.
Nullus opes omnes atque omnia commoda vitæ
Simul beatus divite includit sinu.
Aut si sors alicui felix, mutabilis illa est
Labentis ævi summam adusque lineam.
At tibi Thearion successum fata dedere,
Humana quem fert maximum beatitas.
Tu fidens animi præclara viriliter audes,
Nec mente in altis deficis conatibus.
Non veluti inter se carpunt se mutua cives:
Sic hospitem me livor ater inficit:
Sed nostris crescit numeris ita nomen amici,
Ut prata rivis germinant virentia.
Quippe bonis insignis honor justissima merces:
Hac non Achillis filium fraudavimus:
Nec posthac, credo, Ionii vetus accola ponti
Meæ insolentis arguet pulsum Lyræ.
Fidimus hospitio cognatæ gentis Achivæ,
Nostros & inter gratiosi vivimus.
Quos omnes oculis juvat aspectare benignis,
Tædetque vis & tristis insolentiæ.
Sic utinam reliqui serpant mihi leniter anni:
Vatemque quisquis noverit me candidum,

Legitimi

Legitimi fines neget excessisse pudoris
  Heroa nigra polluentem fabula.
Sed satis est fines extra mea Musa vagata:
  Nunc, chare, juro, Sogenes, non amplius
Me temere in ventos missurum audacia verba,
  Ut tela fixa decidunt longe à scopo.
Tu prius in medium quam sol se tolleret axem,
  Notamque athletis candidis inureret:
E stadio felix existi corpore sicco,
  Labore inani plurimis sudantibus.
Aut si es durum aliquid passus certamine quino,
  Leve id sequuta redditum victoria.
Cor, sine me densas victori ferre coronas,
  Ioque acuta voce longum tollere.
Si fuero quid forte tumens gravidumq; loquutus,
  Remissiore lenia effabor sono.
Musa mihi conjungit ebur fulvumque metallum
  Coraliumque cœrulo exemptum mari.
Me modo non uno chordas impellere motu
  Decet Nemæi facta dicentem Jovis.
Ægina in media fas est celebrare Tonantem,
  Lyra caducum nil sonante Doria.
Juppiter hic etenim nymphæ complexibus hærens
  Blandis in ulnis seminavit Æacum,
Qui fuit Oenopiæ custos & frater & hospes
  Fidus manentis Sogenem prope Herculis.
Quod si homo sæpe homini prodest semotus & absens,
  Quantum virum vir adjuvat propinquior?
Atque idem studiis animoque intentus amicus:
  Quam sacra Divum est utilis vicinia?
Alcida domitor debellatorque ferarum,
  Cum patre teque divitis templi incola
Victor ovans ævum traducere leniter optat,
  Avumque mores liberales insequi
Hac felice via, quam signavere priores,
  Currus ut inter ligna temonem locant,
Sic Jove nate tui luci nemus inter opacum
  Dextra & sinistra Sogenis tectum viret.
Dive tuum est Regemque Deum sociamque Tonantis
  Placare amicis, cæsiamque Pallada.
Tu potes ærumnas & ineluctabile fatum
  Avertere ægris providus mortalibus.
Per te utinam status amborum natique patrisque
  Immotus usque duret, & postquam semel
Victori viridis læto pede fugerit ætas,
  Honore multo cana fulgeat coma.
Præterea illorum nati serique nepotes
  Sacrorum avita gaudeant custodia,
Semper & antiquo decori decus insuper addant.
  At nostra nunquam Pieris fatebitur
Se genus Æacidæ dictis lacerasse malignis.
  Sed res easdem sæpius revolvere,
Infantis stupidique viri est, imitantis & illam
  Jovis Corinthon ore futilem levi.

ODE OCTAVA

DINIÆ MEGÆ FILIO CURSORI.

Numero quo apud Horatium, Jam satis terris nivis atque diræ.

SANCTE formarum decor, & venustas
Nuntia amplexus juvenum propinqui,
Quæ genas vultusque utriusque sexus
  Incolis alma:
Quæ faves illi facilis, manumque
Porrigis fatali in amoris æstu,
Alterum tristem crucias, & à te
  Dura repellis.
Optimum est blandæ Veneris sequacem
Non levi affectu dubium vagari,
Sed statim lecto eximioque amorum
  Flore frui sci.
Talis Æginæ thalamus Jovisque,
Quem celer pennis adiit Cupido,
Dulcibus sponsis teneræ Diones
  Munera portans,
Unde sublimis velut arbor olim
Æacus crevit dominator hasta
Atque consultis bonus, & videntum
  Gratus ocellis.
Quin & heroum manus accolarum
Flosque viventum Danais in oris
Illius prudens subiit volensque
  Mollia jussa.
Huic Athenarum lapidosa rupes
Militum ingenti numero referta,
Et colens Spartam Pelopis propago
  Paruit ultro.
Rite nunc supplex genibus verendis
Æaci advolvor, stabili ut quietem
Donet Æginæ, propriisque servet
  Arva colonis.
Lydiam & mitram simul ecce porto
Carminum misto variam colore,
Diniæ ob cursus duplices Megæque
  Ante sepulti.
Gloriam tantam cineri parentis
Filio & vivo Nemeæus affert
Juppiter. Nam res & opes manentes
  Numina donant.
Regiis olim Cinyram replerunt
Copiis Divi maris inter undas,
Aurea in Cypro. Mihi mos priusquam
  Ora resolvam,
Crebra respirare, graduque firmo
Niti, ut ingentem superem laborem.
Multa nam prisci cecinere: nobis
  Pauca relicta:
Et novi si quid referas, virumque
Auribus tradas, rigidæque limæ:
Mille te expectant dubium pericla
  Dulcis honoris.
Adde quod fœtu tenero recentis
Ingeni livor macer implet alvum,
Livor offendens meliora, pravis
  Rebus amicus.

Ille & Ajacem Telamone natum
Unguibus raptim lanians aduncis
Figere iratum proprio coëgit
Pectora ferro.
Sæpe vir magnis animis, sed infans,
Lite vecordi superatur, atque
Vana fingenti, variæque dantur
Præmia linguæ.
Calculis sic vos tacitis Pelasgi
Sisyphi prolem decorastis hasta
Pelia, & rector Salaminis Orco
Mersus inermis.
Attamen dispar viguit duorum
Dextra, nec plagas similes uterque
Intulit scindens inimica multo
Vulnere terga:
Seu recens cæsum madidumque Achillis
Corpus efferrent medios per hostes,
Sive eis pugnas alias pararet
Mortifer annus.
Ergo non tantum mea cæcus error
Sæcula involvit, sed & eminentes
Inter heroas habitavit olim
Livida pestis.
Dulcibus verbis sociata, fraudis
Subdolæ consors, scelerum architecta,
Clara quæ abscondit, tenebrosa tempus
In breve clarat.
Juppiter, tali mihi vita labe
Pura decurrat spatiis apertis,
Lenium morum tumulatus ut sim
Gloria natis.
Hi petunt votis grave pondus auri,
Illi agros lato gremio patentes:
At mihi detur populi faventis
Gratia constans.
Detur immensa benefacta laude
Tollere, & culpas agitare semper
Tristibus dictis, humus atra donec
Vestiat artus.
Planta uti verno satiata rore
Crescit assurgens tenues in auras:
Sic virum virtus decorata cœlo
Tollitur ingens:
Cantu & augentur speciosa facta.
Gentis humanæ sed enim laborum
Prima sors, quorum celebri in theatro
Græcia testis.
Porro ubi læti resonant triumphi,
Plena non mentes hilarat voluptas,
Res nisi præsens cupida audientum
Lumina pascat.
O Mega, sed te tamen excitare
Mortuum, aut manes animare motus
Jam nefas, & spes nimias inanis
Exitus angit.
At tuæ possum tribuique & urbi
Ponere hanc Phœbi niveam columnam,
Quæ tuos cursus volucrisque nati
Signet honores.
Gaudeo quando merita alta nostri
Carminis fastus generosus æquat.
Carmen & morbos abigit nocentes
Voce susurra.
Certe apud priscos viguit Thalia
Inter annosi calices Lyæi,
Antequam Thebas numerosus hostis
Cingeret armis.

ODE NONA

CHROMIO PRINCIPI ÆTHNÆO

Curru victoriam adepto.

Numero quo apud Horatium, Scriberis Vario fortis & hostium.

CHARÆ Pegasides è Sicyonia
Tellure atque adyto lævis Apollinis,
Mecum Æthnam lapidum mole recentium
Constructam petite, & domum
Felicis Chromii, cujus hiant fores
Utrinque, & faciles ingredientibus
Cedunt hospitibus, sed precor in via
Hymnum texite virgines.
Namque olim Chromius pulvereas rotas
Convertens spatiis in Sicyoniis
Latonam attonitam reddidit, & duos
Delphorum vigiles Deos.
Recte vox hominum publica nos vetat
Consummata virum robora fortium
Telluris tenebris contegere, & nigro
Obscurare silentio.
Nec quicquam numeris dulcibus aptius
Quam versus Lyrici grata superbia.
Quare nunc citharæ fila sonantia
Et dulcis flamina fistulæ
Impendamus equum cursibus alitum,
Cantemusque hilares inclyta Pythia
Adrasti auspiciis condita Delio
Asopum prope nobilem.
Adrastus variis dignus honoribus,
Qui terræ dominus tunc Sicyoniæ
Mensis suavibus & curribus aureis
Et lecta pugilum manu
Ornavit profugus hospita mœnia.
Namque hunc Amphiaræ consilium ferox
Et belli rabies sæva domestici
Natali expulerat solo.
Jamque Argis Talai desierat genus
Regnare, & gladiis cesserat hosticis.
Verum dissidiis protinus utilem
Imponit sapiens modum.
Ergo qui patriam fugerat & manus
Vatis belligeri, mox stolidum sibi
Hostem lethiferis jungit amoribus:
Germanæque thoro implicans

Ficto

Ficto conjugii pignore decipit.
Sic illi solium sceptraque reddita
Inter flavicomos Grajugenas, quibus
Dux belli fuit impiger
Ad Thebas veteres: quanquam avibus malis,
Et quanquam jaciens fulmina Juppiter
Signa infausta daret prosilientibus
Densis agminibus foras:
Suaderetque viæ parcere noxiæ.
Sed præceps populus non dubitabilem
Ultro in perniciem proruit: & pedes
Armis splendidus æneis,
Et nubes glomerans pulvereas eques.
Postque Ilmene pater qua liquidus fluis
Spem dulcis reditus Argolis exuit
Pubes funere lurido,
Et combusta virum corpora fortium
Fœdarunt nebulis æthera pinguibus.
Nam quot portæ inerant mœnibus Ogygis,
Tot structæ juvenum pyræ.
At vatem Argolicum Rex superum petens
Tellurem validis diffidit ignibus,
Aurigamque & equos & celeres rotas
Mersit terribili specu:
Ne Periclymenus fortis aruspicis
Conversos humeros cæderet insolens,
Pugnacesque animos frangeret hosticis
Assueto spoliis viro.
Quando immissus enim cælitus est timor
Armatis, soboles ipsa Deum fugit.
Verum Argivus honos & dolor hactenus.
Nunc te, summe Deum, precor
Terris Sicaniis ut procul, ut procul
Afrum submoveas, signaque Punica,
Hastatasque manus, quæ Siculis graves
De vita aut nece dimicant.
Pax, quæso, & requies, & Themis & fides,
Mistis deliciis suavibus & jocis
Rura Æthnæa colant. Juppiter, his tibi
Campis multi equites boni
Flectunt cornipedes, multi animos gerunt
Immensis opibus cedere nescios.
Mirum: sæpe etenim clam pudor innocens
Quæstu vincitur impio.
Tu quisquis Chromio sub duce militas
Clamosis peditum nubibus additus,
Aut turmis equitum sæva frementium,
Aut custos ratis armiger,
Martis præcipitis cæca pericula
Expendis sapiens. Nam Deus huic viro
Pectus belligerum finxit, & impigrum
Vim propellere noxiam.
Pauci illi similes, qui nebulam queant
Nigrantem interitus jam sibi proximi
Bellantum oppositos vertere in ordines,
Freti consilio & manu.
Qualis Dardanidæ floruit Hectoris
Virtus, lenis ubi Xanthus humum rigat:
Talem te puerum Marticolam Chromi
Lux circumdedit aurea
Elori ad viridem fluminis aggerem.
Nec te post alio tempore gloria
Victrix deseruit, prælia nunc solo
Tractantem fera, nunc mari.
E belli dubiis mille laboribus
Susceptis homini, dum genibus viret,
Ævi consequitur Martia dignitas
Canos splendida ad ultimos.
Hæc te certa manet, dux nova præmia
Sortite egregio munere cœlitum:
Nam qui divitias atque potentiam
Laudi copulat integræ,
Mortalis genitus ulterius nequit
Eniti gradiens culmen in arduum.
Porro ut mensa senum pacis amabilem
Fructum sobria diligit:
Sic victrix juvenum palma ferocium
Lætatur fremitu, cantibus & modis,
Quorum spiritus est major, ubi dapum
Regina assidet amphora.
Hanc imple, puer, & deinde merum potens
Dulci vite satum funde capacibus
Argenti pateris, quas laribus Chromi
Olim pennipedes equæ
Miserunt spatiis è Sicyoniis
Phœbæa viridi non sine Laurea:
Jamque, ô summe Deum, jure superbiens
Læto pectore glorior
Impletum esse mihi vocibus aëra
Concentuque hilari, donec adoreas
Illustres celebro, dumque sagittifer
Musarum ferio scopum.

ODE DECIMA

THIÆO ULIÆ FILIO LUCTATORI:

Numero quo apud Horatium, Vides ut alta stet nive candidum.

URBEM vetustam, quæ Danao patri
Regnata quondam, notæ ubi Belides
Nupsere cognatis, sacrosque
Juno libens posuit Penates,
Argos, venustæ dicite Gratiæ.
Hæc mille sedes fulgida honoribus
Plures ob audaces alumnos
Et genus impavidum superbit.
Cantare longum est Persea strenuum
Collum minacis cædere Gorgonis.
Multas in Ægypto virenti
Olim Epaphus stabilivit arces
Argivus heros: Et Diomedea
Concivem Olympi sedibus intulit,
Letoque ademit Diva flavo
Crine decens oculisque glaucis.
Dircæa propter mœnia fulmine
Percussa tellus Amphiaram cavo
Repente hiatu clausit illum
Pugnæ alacris rapidæque nimbum.

Locis nec illis fœmineum decus
Olim negatum est. Quam memorabilis
Nupta illa constans, quæ sororum
Una viro juveni pepercit!
Summus Deum Rex ut Danaes sinu
Alcmenæ & ulnas inter amabiles
Dormiret, est illapsus urbi
Argolicæ, mihi testis ingens.
Idemque ibidem Lyncea callidum
Et Talaum acris dotibus ingeni
Dites adornavit potentis
Justitiæ fideique donis.
Horum tribulis Amphitruo fera est
Nutritus inter prælia sub Jove:
Qui, donec Alcmenæ maritus
Teleboas metit ense victor,
Laboriosi dicitur in ducis
Venisse sedes tectaque Regia,
Atque imparem pressisse lectum
Sese hominis Deus ore celans,
Semenque portans haud timidum pater.
Unde ille natus palmifer Hercules,
Cui nupsit Hebe diva nymphas
Ante alias gradiens Olympo,
Matrem absolutam dum sequitur comes,
Cunctisque longe pulchrior eminet.
Angusta nobis ora, & arctis
Visceribus mihi pulmo anhelat
Narranti honores ordine singulos,
Argiva florens quos plaga sustinet.
Deinde illico fastidiosæ
Laude virum satiantur aures.
Sed Musa dulcis, tu tamen ocyus
Nervis loquentem barbiton excita,
Luctasque manantes olivo
Sollicita cane, Diva, cura.
En præliorum stridor aheneus
Junonis almæ thurifero die
Ad sacra solemnesque pompas
Grajugenas vocat ociantes.
Felices illic filius Uliæ
Forti æmulorum perdomita manu
Bis gestiens oblivioni
Tradidit anxiferum laborem.
Idemque visens Pythia milites
Fudit Pelasgos, & Nemea, & brevi
Isthmo coronatus Camænis
Fertilem agrum dedit excolendum.
Ter hos triumphos æquora duplicis
Videre ponti, ter venerabilis
Tellus Adrasteis sacrata
Auspiciis veterique lege.
Hæc præter optat mente quid intima
Thiæus, etsi lingua silet gravis.
Porro in Jovis Pisæa arena
Summus apex operum & laborum:
Non spiritu alto, robore dispari,
Pedem huc Palæstes Argolicus feret,
Nec gratia spectantum iniqua
Dulce decus piger assequetur.
Testis futurus Juppiter, & virum
Quicunque culmen tendit in arduum
Certaminum, quæ gaudet Elis
Herculeo celebrare ritu.
Certe Uliæ jam bis genus audiit
Plaudentum amicos Cecropidum sonos,
Vocesque laudantes in orbem
Palladia redeunte pompa.
Jam fructuosæ bis oleæ liquor
Delatus Argos pelvibus æneis
Quas terra flammis usta fudit
Impositis varias figuris:
Solemne lucta munus in Attica.
Ad hæc parentis forte genus tuæ
Exercitum fælice arena
Fama comes sequitur perennis,
Thiæe, lætis non sine Gratiis.
Ope & faventum Tyndaridum sacra
Sane Antia numquam & Thrasyclo
Progenitus timida ora condes
Ingressus Argos. Nam quot adoreis
Olim per illos floruit oppidum
Sublime Prœti, nunc Cleonis,
Nunc bimaris spatiis Corinthi?
Quin sæpe eisdem qua Sicyon viret
Frequens olivis sunt phialæ datæ
Argenteæ, Pellanæ & intra
Mœnia sæpe togæ decentes.
Longi est & alti scilicet otii
Supraque vires dicere lucida
Tot scuta, tot fulvos lebetas,
Tot tripodas numerare ahenos,
Quos alta Clitor & Tegea Arcadum,
Et mons Lycæi notus, & arduæ
Urbes Achivum concitatis
Poplitibus manibusque donant.
Quum vero Castor Castoris & comes
Tecta hospitalis aurea Pamphaæ
Intraverint, victor, tuique
Sub proavi trabe conquierint:
Jam nemo, credo, quæsierit stupens
Cur firmi eadem perpetuo domo
Nascantur Athletæ, nec acres
Degenerent animi nepotum.
Hoc non caducum nec breve præmium
Solvere largo Tyndaridæ hospiti:
Namque Hercules comptusque Maiæ
Filius, & gemini Lacones,
Deprælantium vim juvenum regunt,
Pugnisque ab æthræ vertice præsident
Mortalibus justis faventes,
Et specimen pietatis ipsi.
Quippe hi vicissim cælicolum dapes
Sumunt die uno, rursus & altero
Terram revisentes Therapnæ
Antra colunt viridesque valles.
Ne vita fratrum candida discrepet.
Namque ipse Pollux maluit has vices
Servare fatorum, Deus quam
Integer usque polo morari,
Lethale vulnus Castoris intuens.
Illum è virenti Taygeti jugo
Olim cavatæ robur intra
Ilicis umbiferæ sedentem
Vidisse Lynceus dicitur acribus
Vincens ocellis oppositas trabes
Idæque demonstrasse fratri,
Qui rapida violenter ira
Currens abactos protinus ob boves
Transfixit hostem cuspide ferrea.

I Sed

Sed talia ausi mox feruntur
Arte Jovis graviora passi.
Pollux in ambos nam subito irruit:
Neque his acuto diriguit gelu
Sanguis, sed infrendens uterque
Restitit ad tumulum parentis.
Unde auferentes Ditis imaginem
Immane saxum funereum manu
Audace vibravere duri
In stomachum medium Laconis.
Qua mole jacta nec doluit, neque
Loco est remotus vel minimum puer
Ledæ inclytus. Quin ipse Lyncei
Fatifera latus hausit hasta.
At sævus Idam Juppiter obruit
Stridente & atro fulmine, quo duo
Heroes una concremati
In cineres abiere mœstos
Periculosæ scilicet aleæ
Res est potentes surgere in æmulos.
Ut vero Spartanus peremptos
Ætheria face vidit hostes;
Fratrem ad jacentem se retulit celer.
Is morte nondum mersus erat gravi,
Sed palpitans frigensque anhelæ
Reliquias animæ trahebat.
Quod conspicatus Tyndarides genas
Largo irrigavit flumine lachrymans,
Crinemque vellens est acuto
Talia cum gemitu loquutus;
Princeps Olympi quem statuis modum
Finemque luctus? me stygiæ neci,
Me trade, nec Castor nigrantes
Horreat incomitatus umbras.
Fortes amici cui pereunt viro,
Illius & vis & decus occidit.
Pauci fideles, quos laborum
Participes aliena tangant.
Sic fatus ille est: at superum pater
Contra: Mei tu sanguinis, & genus
Cæleste Pollux: verum origo
Castoris inferior minoris,
Hunc namque sevit dissimilis parens
Infusus ulnis conjugis: attamen
Effare, quod malis duorum.
Si tibi mens animosa flagrat
Tristem senectam fallere, luridum
Vitare funus, degere in æthere
Cum Pallade hastatoque Marte:
Celsa tene galeatus astra.
Sin vulneratum Castora manibus
Auferre pugnas sollicita prece,
Fratrique cunctorum bonorum
Dimidium dare frater optas:
Deinceps modo imum te capiet solum,
Auræque pascent aëriæ modo,
Cœlum incoles sublime, Divi
Atque hominis variante forma.
Sic eloquuto Rege Deum, nihil
Concepit heros ambiguum: & statim
Semota Parca est, Castorique
Reddita lux, resoluta lingua.

ODE UNDECIMA,

ARISTAGORÆ PRÆFECTO TENEDIO,

Filio Arcesilæ.

Numero quo apud Horatium, Sic te Diva potens Cypri.

MAGNÆ nata Rheæ, & Jovis
Junonisque soror, vasta, potentium
Arces quæ regis urbium,
Custodisque focos intima publicos.
Fortem Aristagoram libens
Arcanis thalami sedibus excipe,
Collegasque simul graves,
Omnes sceptrigeros, te prope colloca.
Cultu numinis hi tui
Conservant Tenedum Hectoream, & modo
Libant lene merum, modo
Fumanti recreant te Dea victima.
Horum mensa hilaris dapes
Gratas innumeris sufficit advenis
Semper, nec sonus interim
Aut vocis liquidæ desinit aut lyræ.
Quare cælicolas precor
Ut cunctis spatium muneris annuum
Currat non sine gloria, &
Nullo pectoribus vulnere sauciis.
Quum dites Tenedi incolas
Sigæo oppositos intueor jugo,
Unum Aristagoræ patrem
Fælicem ante alios Arcesilam reor
Qui membris similis Deo
Sublimes animos ingenitos gerit.
Porro si quis & aureis
Gazis & specie corporis eminet,
Viresque insuperabiles
Ostendit stadio sæpe superbiens.
Ne plus quam satis est ei
Attollat tumidum gloria verticem,
Mortales reputet sibi
Artus impositos, quos humus ultima
Vastis faucibus hauriat,
Exæquans homines unica dispares.
Nec vero Arcesila satus
Molli corde negat segnis originem.
Nam miti in patriæ sinu,
Vicino juvenum perdomito grege,
Dulces ordine sexdecim
Palmas arripuit, luctaque & insolens
Sævis Pancratium ictibus
Urbem fronde nova cinxit & incolam.

Quapropter juvenem decet
  Læta municipum voce faventium
Ferri per liquidum aëra,
  Et pingi Aoniis mille coloribus.
Sed cur arcta parentium
  Spes & sæpe suis noxia charitas
Illum clara ad Olympia
  Natum & Phocaicæ præmia laureæ,
Natali tenuit solo,
  Virtutemque brevi fine coercuit.
Nam per terrificum Jovem
  Hic vel Castaliæ flumen amabilis
Linquens, vel juga frondea
  Saturni veteris, pulchrior omnibus
Et procerior æmulis
  Exisset Phrygiæ littus ad insulæ,
Post convivia, quæ vagus
  Alcides fieri jussit in Elide
Quinquennalia, post comam
  Evinctam foliis undique Delphicis.
Verum fastus inania
  Jactans sæpe viros laudibus exuit,
Sæpe illos gelida manu
  Prensos clam retrahens exanimis timor
Cœptis grandibus avocat,
  Audere atque sibi fidere nescios.
Sed quicunque hominum status,
  Nemo Aristagoræ robora conspicit,
Qui non hunc cito sentiat
  Pisandri è veteri stipite surculum.
Pisander comes inclyti
  Orestis fugiens Taygeto Lacon
Insedit Tenedi solum
  Præpingue, Æolia bellipotens manu.
Utque illi patrium genus
  Spartana tumidum gaudet origine,
Sic matris decorat domum
  Thebanis abavus temporibus ferox:
Quanquam belligeræ diu
  Interrupta fuit gentis adorea,
Unum donec & alterum
  Inter nos oriens emicuit jubar.
Virtutes veteres avum
  Mutantur sobolis deterioribus
Actis: vim nec egentium
  Luce omnes referunt ordine posteri.
Sic non continua nigri
  Ubertate soli culta superbiunt,
Non cunctis redeuntibus
  Annis, floribus & fructibus arbores
Nutant, sed varias vices
  Pomona atque Ceres æmula diligit.
At victor tibi redditos
  Fasces imperii & sceptra Penatibus
Jam desueta tuis memor
  Exorna facilis laude modestiæ.
Nemo conscius exitus
  Eventusque sui, quem Deus abditum
Fatorum latebris tegit,
  Casu sæpe gravi prospera finiens.
Humanum genus attamen
  In fastum erigitur semper, & ardua
Versat multa ferociter,
  Despondere sibi quidlibet impotens:
Nam nostro procul à solo
  Præsagæ exoritur fons sapientiæ.
Porro terrigenas decet
  Rerum non cumulum quærere, sed modum,
Quamvis noster in omnia
  Inconcessa furor fertur acutior.

Finis Nemeorum Pindari.

ISTHMIA PINDARI

LATINO CARMINE REDDITA,

PER

NICOLAUM SUDORIUM

Inquisitionum Præsidem.

AD

Ornatissimum Virum

VIDUM FABRUM,

Sanctioris Regis Consilii Consiliarium, & Curiæ Parisiensis Præsidem, N. S.

ISTHMIA jure tibi Præses damus inclyte, nam qui
  Pisæo quondam pulvere victor erat,
  Palladiam retulit lætus nil præter olivam:
  Pythia vincenti, laurea sola data est:
Perpetuoque eadem Graiis quæsita corona
  In Nemeæ umbrosis vallibus Herculeæ.
Isthmus at æquoreus non sæclis omnibus una
  Tradidit emeritis florida serta viris.
Sed vivax illic Apium, jucundaque Pinus,
  Alternis nitidas implicuere comas.
Tu quoque cum ramos oleæ mereare disertis
  Vocibus, & Laurum carmine Pierio,
Non tibi danda modo unius præconia frondis,
  Nam crines nunc hæc, nunc tegit illa tuos.

ISTHMIA PINDARI
LATINO CARMINE REDDITA,
PER
NICOLAUM SUDORIUM,
Inquiſitionum Præſidem.

HERODOTO THEBANO
ODE PRIMA ISTHMIORUM.

ARMATA Thebe, chara parens, tui
Quicquid negoti eſt colloco res ſupra
Curas & omnes, idque leni
Mente velim ferat æqua Delos.
Modo inchoatis cujus honoribus
Totum incumbentem me patriæ recens
Palma avocavit. Nam bonis quid
Dulcius eſt genitrice terra?
Hanc quæſo ſolam da veniam mihi,
Phœbæa tellus: dii faveant modo
Nos gratiam non unam inire
Poſſe reor geminis ab oris,
Ceæ in remotis vallibus inſulæ
Late micantis tempora Cynthii
Intonſa cantantes diem poſt
Exiguam, volucreſque menſes.
Nunc vero ſævis oppoſitum fretis
Iſthmum efferentes laudibus, hic enim
Frondentibus jam ſenex coronis
Eſt acies redimita Cadmi.
Spectata duris nuda laboribus
Meæ trophæum nobile patriæ,
In qua Herculem regina mater
Progenuit vacuum pavore.
Atque efferatas Geryonis canes
Invadere auſum, clavigera manu:
Concive non indignus illo
Herodotus celeres quadrigas
Egit lacertis ipſe ſuis, carens
Aurigæ habenis auxiliaribus,
Quapropter illum Caſtori æquem
Nil dubitans, Iolao & acri.
Laborioſis qui Gemini rotis
Olim imperarunt ante alios citi
Heroas, audaciſque Spartæ
Indigenas, validæque Thebes:
Merces & illis contigit omnibus
Diverſa arenis, dum pateris larem
Pulchris adornant, aureiſque
Muneribus tripodum & labetum.
Lauri coronis ſuavibus additis
Virtuſque eorum lucida claruit
Velocium curſare nudo
Corpore, vel nitidis in armis
Onuſta circum membra ſonantibus,
Ad hæc gementem qualiter aëra
Rupere, conjectis in altum
Cuſpidibus graviburque diſcis?
Nam nemo quina gymnade adhuc ſimul
Certabat audax quiſque, ſed unico
Sudabat intentus labori,
Haud variis inhians coronis:
Quibus frequenter ſimplicibus duo
Heroes unctas impliciti comas
Dirces & Eurotæ liquentis
Umbriferæ placuere ripæ:
Hic natus inter dentigenas viros
Thebanus, alter ſanguis Achaicus,
In colle ſublimis Therapnæ
Magnificos habitans penates.
Valete Divi, & ſupplicibus boni
Eſtote ſemper: nunc ego Nereo
Iſthmoque & Oncheſti marinæ
Verba canens numeroſa rupi,
Victorem & ejus conſpicuum undique
Patrem loquaci pectine garriam
Aſopodorum patriamque
Illius Orchomenon feracem,
Quæ victum alumnum fluctibus, & ratis
Complexum in alto fragmina naufragæ,
Servavit, è triſtique ponto
Suſtulit in gremium benigna.
Nunc vero vitæ poſt miſerabilis
Triſtes procellas, exilium & grave,
Fælicem eundem rurſus alto
Fata loco poſuere Thebis.
Porro virorum pectora fortium
Ærumna ſævis exacuit malis:
Cum vero certantum labores
Atque graves nituere ſumptus,

Livore cuncti ſepoſito decus
Laudemque victorum æquanimes ferant:
Nam dulce vectigal poëta
Ingenio locuplete ſolvit:
Qui pro cruentis vulneribus modos
Laſſis ephebis cantat amabiles
Jucundus, inſignitque eodem
Carmine, municipes & urbes.
Non una merces diſparibus viris
Grata, hanc colonus, dum gregis alteram
Sectatur, hanc piſcator, illam
Alituum populator auceps:
Innatus illis ſed tamen omnibus
Communis ardor pauperiem & famem
Arcere lethalem profundis
Viſceribus, cupidoque ventre.
Qui vero bellis aut ſtadio impiger
Dulces honorum delicias tulit,
Et civium cantatus hymnis
Et peregrina volans per ora:
Is maximarum dives opum caput
Sublime ſtellis inſerit arduis.
At me Rheæ natum tridenti
Ære ſolum graviter moventem
Sonare par eſt ob meritum recens,
Illique grates ſolvere debitas:
Nam patre Neptuno favente
Herodoto data palma currus.
Qua bina tellus ſubmovet æquora
Nec jam alta Thebe, nec Minyæ domus
Tacenda, non Eubœa felix,
Non ſacra prætereunda Eleuſis,
Nec dedicatum Proteſilæ nemus
Terris Achivis, nec Phylace potens,
Quis ſedibus cunctis hic idem
Victor ovans juga nota flexit.
Sed cuncta fari me decora inclyta
Atlantis, illi quæ tribuit nepos
Luctator, haud dimenſa noſtris
Carminibus finit hora præceps.
Et ſæpe Muſarum artifici quoque
Ineſt venuſtas mira ſilentio.
Faxint Dii ut Dirces alumnus
Cœruleæ Aonidum ſororum
Tollatur alis clariſonantibus
Tractus in altos aëris, & comam
Lauro renodandus virenti
Pythia mox operoſa vincat:
Ramiſque olivæ deinde feracibus
Manus vigentes impleat Elidis
Ad flumen, alternoſque muris
Ædificet patriis honores.
Quod ſi quis auri pondera conditi
Proferre in uſus egregios timet,
Inglorius, viſoſque claræ
Famæ avidos homines cachinnat:
Non mente læva cogitat inſcius
Ubi Orcus illi lumina clauſerit
Se laudis exortem perennes
In tenebras animam daturum.

XENOCRATI AGRIGENTINO

ODE SECUNDA.

INCLYTI vates, Thraſybule, priſci,
Qui manu arguta Citharam tenentes
Aureum ſaltu potuere Phœbi
Scandere currum,
Sæpe mellita teneraque voce
Aërem gratis pepulere, ſi quæ
Viſa forte illis ſpecioſa verno
Flore puella,
Docta laſcivos juvenes morari
Dulcium ſemper memores amorum.
Muſa nam nondum radiantis auri
Capta nitore
Ditibus ſuaves operas locabat,
Ære venales, neque cantiones
Ore fucato populum movebant
Laudis emacem.
Sed modo Argivus nimis ille verax
Qui ſibi elapſis opibus fugaces
Intuens una comites abiſſe
Fœdere rupto,
Dixit ingenti gemitu, Quid, ô Di,
Eſt vir aut virtus niſi magna nummum
Copia, hæc docta tibi non aperta
Canto Thalia.
Canto equum curſus celeremque palmam,
Quam tuo fratri niger Amphitrites
Detulit conjux, apii quoque addens
Texta virentis
Dorio crines cohibere nodo,
Sic Deo viſum eſt, Agragantis urbis
Publicum ſydus decorare, & altum
Tollere civem,
Cui ſonans axis volucerque cordi.
Quin & hunc olim Patereus Apollo
Pythia ingreſſum ſacra ſepta blando
Lumine vidit.
Clari & ambivit radiis honoris,
Cumque cæleſti Charitum decore
Pictus intonſum caput attigiſſet
Delius idem,
Cognitas orbi celebres Athenas:
Sæpe ſuſpexit rapido caventum
Currui & frænis habilem regendis
Nicomachi vim,
Concitos quem Xenocratis jugales
Voce flectentem validiſque loris
Antea agnovit media ſonorus
Elide præco,
Atque conſuetus ſuperum ſatelles
Cantibus ſacrum revocare luſtrum,
Nec fuit menſæ & dapis hoſpitalis
Immemor ille.

Forti

Forti ab auriga laribus paternis
Splendide exceptus populos Eristhei
Forte dum visit, ideoque clangor
Lætior æris
Civis erupit Siculi ministro
Impigro, & victricis ad aurea divæ
Genua delapso, prece non in Euri
Flabra soluta.
Sunt enim vestris, Thrasybule, tectis
Cogniti mensarum hilares paratus
Post graves pugnas, numerique grandes,
Musaque dulcis.
Nec virum si quis faciles Camænas
Ducit in claros procerum Penates
Fortium, huic semper via celsa, mons ut
Arduus obstat.
O meæ audaces utinam sagittæ
Cæteras tantum superent volantes,
Quantum Agrigenti tuus anteit omnes
Frater alumnos.
Moribus leni gravitate comptis,
Non domi hic cultu caruit suorum,
Nec foris acres ob equos Pelasgum
Laude secunda.
Quis pius ejusdem tacitum relinquat
Pectus inductas obeuntis omnes
Ferias? Divum quis opes benignas
Celet iniquus?
Nam dapum largus veterisque Bacchi
Sumptuum numquam miser explicata
Vela contraxit, validis sed Austris
Lintea pandens,
Phasida & Colchos gelidos per æstum,
Frigore Ægyptum petiit calentem,
Advenis hospes variis utroque
Tempore gratus.
Ne (quia humanis macer usque livor
Imminet rebus) vel eum vel ejus
Inclytum patrem numerosve nostros
Deterat ætas
Invida obscurans: nec enim remissum
Carmen hoc, pigrumve tibi ferendum
Tradimus velox Nicasippe in altas
Principis ædes.

MELISSO THEBANO

ODE TERTIA.

SI quisquam Danaum bono
Pugnarum gravium nobilis exitu,
Congestisve opibus potens,
Cor fastu gravidum comprimit & domat,
Hunc plebs jure per urbium
Non invita canit compita, Juppiter,
Puro cujus ab æthere
Mortales hominum defluit in greges
Virtus quælibet enitens:
Nam fortuna virum vitaque longior
A tergo venientia
Conversis oculis respicientium:
Sed mens læva quibus stupet,
Confiditque rotæ cæca volubili,
Horum non habitat diu
Sedes instabiles fluxa beatitas.
Porro Pierium decet
Vatem justa operum dicere præmia
Clarorum, & lepidis modis
In cœlum juvenes tollere providos:
Quorum uni geminum decus
Melisso è duplici pulvere contigit,
Bisque illi bibit intimum
Pectus lætitiæ suavia pocula,
Et cum vallibus inclytis
Isthmi fronde nova tempora vestiit.
Et cum victor equis citis
Cadmeam patriam non humili tuba
Latum sparsit in aëra,
Qua quondam Herculeus terribilis Leo
Post cædem pecoris vagi
Vastum inter frutices deposuit latus:
Sic victor docuit sibi
Innatum veteris robur originis:
Certe fama Cleonymi
(Gens à quo patria est) laurigeras rotas
Novit, nec proavos minus
Maternæ sobolis Labdacidas graves
Olim per cumulos opum
Vectari solitos curribus aureis.
Unum flebile fortibus,
Quod Melisse carens fratribus ingemis:
Sed quisnam volucres dies
Mutantes hominum fata coerceat?
Soli cælitibus sati
Non ulla accipiunt corpore vulnera.

EIDEM MELISSO

ODE QUARTA.

SE mille nostris gressibus offerunt
Partes in omnes Aoniæ viæ
Melisse, panduntur que amœna
Undique Pieridum vireta,
Juvantibus Diis, nam pugil Isthmiæ
Cavisti arena ne foret asperum
Durumve quidquam personanti
Voce tuas fidibusque vires.
Quibus vigentes usque Cleonymi
Prisci nepotes non sine numine
Felicis illæsique vitæ
Curriculi tetigere callem.
Quamvis in horas assidue leves
Mutantur Euri, nec similis diu
Flatus per altum currit æquor,
Aut homines agitat caducos.
Thebis potentes sed Cleonymidæ
Longos honores alta ab origine,
Gessere, præclaramque lautis
Hospitiis aluere famam:
Lingua insolenti verba nocentia
Tristesque voces spargere nescii:
Ac gloriæ quicquid sepultos
Nobilitat proceresque vivos,
Sacroque testatum ore Polymniæ
Gentes pererrat, victor, avis tuis
Hoc omne quæsitum suprema
Cuncta simul decora assequutis,
Virtus & horum bellica mœnibus
Ab usque Cadmi porrigitur sacris,
Rectas ad Alcidæ columnas
Navigerum mare terminantes.
Quapropter actis longius inclytis
Prodire non est: quid memorem hos equum
Nutrisse pugnaces quadrigas,
Et rutilo placuisse Marti?
Die sed uno bis geminos tibi
Melisse fratres corripuit furens
Heu nimbus armorum, & beata
Tecta viris viduata liquit.
Nunc vero per te clara patris domus,
Ut alma tellus post hyemem nigra
Caligine obductam rubentes
Vere rosas ineunte fundit.
Atque ima terræ concutiens sola
Neptunus Onchesti incola nobilis,
Isthmique custos, laude vestram
Progeniem recreans & hymnis,
Illius ægrum jam decus ac velut
Stratis recumbens tristibus excitat.
Nam pæne tantæ fama gentis
Casibus occiderat sinistris:
Sed illa surgens nunc iterum tuæ
Ad clara palmæ classica fulgurat,
Ut lucifer detersus undis
Mille alias nitet ante flammas.
Hæc ipsa quondam fama tuas rotas
Vicisse clamans finibus Atticis,
Ludisque quos Adrastus ora
Instituit Sicyonis exul.
Flores amœni tunc tibi carminis
Porrexit ultro, sparserat ut prius
Virtuti avorum, qui nec unquam
Quadrijugos habuere currus.
Graii abstinentes pulveris ad sacros
Cœtus Achivis convenientibus,
Nec fortium magnis equorum
Sumptibus ingemuere tristes.
Viris avaris namque & opum pigro
Amore nil altum experientibus,
Nox atra torpentis silenti
Usque caput tenebris opacat.
Quin ipsa multis congredientium
Fortuna summos ante apices latet
Victoriæ, quam fata nunc his
Nunc aliis inopina donant.
Ac sæpe vasti robora militis
Pervertit astu debilis artifex
Pugnandi: & illam nostis omnes
Vim Telamoniadæ cruenti,
Qui mane summo diffugientibus
Stellis ademptas exuvias sibi
Mœrens Achilleas, reclusit
Ipse suum latus ense crudo.
Nuncque inter umbras Argolicis viris
Vectis ad altam navibus Ilium
Rixatur, iratus. Sed ingens
Mæonides opere expolito
Miris per orbem vexit honoribus
Sublimem Ulyssem, principis erigens
Tollensque virtutes in altum
Carmine non hominem sonante:
Quo posteris est tradita vatibus
Seges jocosæ conveniens Lyræ.
Vocale nam quodcunque & expers
Interitus canimus diserti
Excurrit omnes in populos vagum,
Et strenuorum fax operum micans
Terras inextinctis pererrat
Luminibus sterilemque pontum.
Adeste quæso Pegasides Deæ,
Tuque ô feracem qui Lyciam colis
Delumque maternam liquore
Phœbe novo mihi labra tinge:
Per me, ut Melisso flammifer ardeat
Honoris ignis Pancratium ob grave,
Dignaque te frondes inumbrent
Nate Telesiadæ corona.
Tu par feroci corde Leonibus
Horrore sylvas concutientibus,
Explere cum se rugientes
Cæde vagi pecoris laborant:

I Idemque

Idemque vulpem consilio refers,
Quæ sæpe in arvis victa velut jacens,
Dorsumque reclinans supino
Ungue Aquilas lacerat cruentas.
Virtute namque est acribus & dolis
Tollendus hostis. Non tibi vastitas
Orionis, non alta moles
Ionium gradiens per æquor:
Sed corpus illud quod pugil intuens
Contemnere ausit, mox tamen asperum
Expertus invictumque pugna,
Ipse suos oculos refellat.
Sic & statura non nimis Hercules
Enormis alta, verum animo vigens
Interrito fælici ab urbe
Ogygis in Libyam profectus,
Sævi gigantis triste palatium
Antæi adivit, scilicet ut viro
Luctatus immani scelestum
Lege pia caput obligaret:
Posthac marini ne foribus Dei
Ora innocentum figeret hospitum,
Neu templa circum luctuosis
Horrida pollueret figuris.
Molitus hoc est filius inclytæ
Alcmenæ, & idem vivus adhuc polum
Conscendit ardentem, & relapsus
Omne solum peragrans obivit,
Nec præter illum quisquam alius rate
Fines profundi vectus ad ultimos,
Jussitve substerni carinis
Immemores feritatis undas.
Jam vero ab Oetæ nubiferis jugis
Sublatus altum limen habet, Jovis
Sedi propinquans, incubatque
Æthereis opibus beatus,
Charusque divis, & venerabilis,
Postquam penates duxit in aureos
Heben renidens, & potentis
Esse gener meruit novercæ,
Portasque eidem nos ad Alectridas
Dapes parantes, & foliis novis
Altare velantes sacratum,
Una etiam rapidos in ignes
Cæsa hostiarum viscera mittimus
Herois octo pignoribus vagi
Quæ mater eduxit Creontis,
Argolicusque peremit ensis.
Et nunc honori tot juvenum die
Latente, claræ mille faces micant.
Noctemque vincentes odoro
Astra petunt, feriuntque fumo.
Verum tenebras pervigiles ubi
Phœbus removit, tunc redit annuum
Certamen, impleturque fervens
Viribus oppositis arena,
In qua capillos victor hic implicans
Canente myrto bis merita caput
Ostendit evinctum corona,
Virque viris abiit subactis.
Ut ante victis se pueris puer
Jactarat audax, namque tibi obsequens,
Impube qui corpus gubernas
Ut fragilem, Polybule, cymbam:
Sed nunc Aliptes impiger Orseas
Nobis & Isthmi concinitur pugil,
Illisque funduntur liquores
Aonii, Charitumque succi.

PHYLACIDÆ ÆGINETÆ

PANCRATIO VICTORI,

Ode Quinta.

O PARENS magni Thea prisca solis,
Tuque sol cujus radiantis astrum
Condito terræ latebris in imis
Præsidet auro,
Nostra gens per vos bona cuncta supra
Extulit flavi nitidum metalli
Sydus, & rerum dominos fatetur
Indiga nummos:
Jure nam vestris opibus feruntur
Per mare in pugnam validæ triremes:
Cumque Mars terris agilis movetur
Munere vestro,
Acer armatæ sonipes quadrigæ
Sævit in campis hominumque equumque
Stragibus gaudet, ferus, & jacentes
Calcat acervos.
Nec sine impensis gravibus cupitam
Gloriam fulvæ pariunt arenæ,
Sive quis pugnax manibus, volucri
Seu pede cursor
Tempora umbrosis operit coronis.
Insolens fortuna licet, feroxque,
Præliis gestit dare jura nudæ
Pubis Achivæ:
Sunt duo queis flos aditur beatæ
Vitæ, & immensis avidisque votis
Major evadit, nec eget bonorum
Divite rivo:
Scilicet quando tibi lenis aura
Sortis aspirat facilis, simulque
Fama laudantis populi. Duobus
Namque potitus
Cuncta divorum cumulata dona
Accipis lætis animis, neque ultra
Juppiter poscas fieri, nec altum
Æthera tentes.
Quippe mortali generi caducæ
Congruunt dotes pereuntis ævi.
Nate Lamponis tua bis in Isthmo
Cognita virtus.
Sacra nec tellus Nemeæ virentis
Immemor fratris Pytheæ, tuique,
Et pede & pugno, fera quos gerentes
Prælia vidit,

Ditis Æginæ validos alumnos.
Quo loco numquam mihi Musa cordi,
Nec modi dulces ubi laus siletur
Æacidarum.
Sed modo huc veni, comitesque duxi
Gratias mecum, sobolem ut gemellam
Inclyti Lamponis in astra ferrem
Alite versu.
Quod si, ut Oenopæ memorant coloni,
Fratris excellens utriusque virtus
Ad decus fulgens operum micanti
Tramite fertur:
Spiritus magnos animosa Clio
Nunc gere, & cantu resonans acuto
Musicos large juvenum labori
Funde liquores.
Namque & Heroum genus acre bello
Quæsiit sparsas per inane voces
Impigris factis: & adhuc lyræque
Multiforesque
Fistulæ natos superum loquuntur
Mille post annos, veterum & virorum
Pœne cælestis tenet occupatos
Gloria vates.
Hinc ad Ætolas celebrantur aras
Martii Oenidæ, neque septiportis
Editus Thebis Iolaus inter
Sacra tacetur.
Patrium late volitat per Argos
Aliger Perseus, liquidusque semper
Jactat Eurotas Helenæ minaces
Cuspide fratres.
Ast in Æginæ spatiis amœnis
Æacum rumor canit & feroces
Posteros ejus, quibus alta bis est
Diruta Troia:
Herculis ductu semel inquieti,
Dein sub Atridis. Age nunc Thalia
Altius currus humiles, relinquens
Ardua terras,
Fare quis Cycnum jugularit audax,
Dic quibus telis homicida fusus
Hector iratis dederit trahenda
Membra quadrigis.
Pande quis nigris orientis alis
Memnonem Divæ genus imperantem
Straverit, cui nam domitus Pelasga
Telephus hasta,
Sanguine infectas virides Caici
Tinxerit ripas. Nil ullus ausus
Tale, quem fœlix tua non crearit,
Æace, tellus.
Jam diu virtutum animique magni
Murus Æginam validam coronat,
Nulla quem summum superare victrix
Machina possit:
Ac meo inclusæ retinentur ore
Mille verborum celeres sagittæ,
Civium Oenopæ vetus expetentes
Figere nomen.
Quin nova accessit mihi testis urbs &
Regia Ajacis Salamis marina
Arte nautarum stabilita nuper
Oenopiorum,
Et manu fida socioque marte
Serviti mœstis resoluta vinclis,
Cum necis duræ gravis ille Medis
Incidit imber,
In modum & spissæ nivis asperæve
Grandinis densi cecidere Eoi,
Milites pinguis lanianda Graiis
Piscibus esca.
Sed tamen sævam Nemesim timentes
Præstat elatos cohibere fastus
Vocis inflatæ. Bona nam vicissim
Et mala fundit
Juppiter, vasti moderator orbis,
Sit licet Pæan hilaris, tubæque
Cantibus virtus celebrata, melle
Dulcior omni.
Nec foro Marti similes agonas
Ludicros spernat Danaum juventus,
Quæ tuæ gentis, Cleonice, miros
Norit honores.
Non diu obscurus labor est virorum
Fortium sumptus, neque semper ingens
Rebus infectis animum dolore
Pungit hiantem.
Testis hic clarus Danaas per urbes,
Victor atque ejus Pytheas aliptes
Cæteris major mihi nunc acuta
Voce canendus:
Qui modo Athletæ docilis feroces
Dirigens ictus facilem coronam
Reddidit dextra celer, atque cura
Alite velox.
Musa ei flores operosa texe
Dulce cincturos caput, & lacernam
Purpura tinctam, & teneros merenti
Porrige versus.

PHYLACIDÆ

PHYLACIDÆ PYTHEÆ
EUTHYMENI AVUNCULO
Ode Sexta.

SICUT sæpe virum regificas dapes
Inter jam medias dat puer alterum
Convivis cyathum, qui generi inclyto
Heroum bibitur sacer:
Lamponis soboli sic iterum novum
Nectar Pierii porrigo carminis:
Nam primos latices, ô superum potens
Regnator, tibi fudimus,
Cum major Pytheas in Nemea caput
Velatum egregiis frondibus extulit:
Nunc Isthmi in spatiis ob puero decus
Partum Phylacidæ recens,
Impletur scyphus hic posterior vago
Neptuno & vitreis virginibus maris.
Libemusque utinam tertia pocula
Servatori hominum Jovi,
Quando gens eadem gramine Olympico
Piseæ tulerit munus adoreæ,
Ac per me Oenopium mel Aganippidum
Lætis irriget imbribus.
Porro si cui hominum, non labor inquies
Nec sumptus gravis est, dum sibi providus
Virtutem æthercam comparat, & sonans
Laudis murmur amabilis:
Is par cælicolis alite prospera
Felices alacer vectus ad insulas
In littus validam projicit anchoram,
Fundamen stabilis ratis.
Tali sorte potens Phylacide sator
Usus, jamque suæ non humilis spei
Compos, nec tremulam canitiem pavet,
Nec letum metuit nocens.
At magnam Lachesin nunc precor illius
Et consanguineas unanimes duas,
Victorem ut cupidum frondis adhuc novæ
Elæi Jovis audiant.
Nec vero mihi fas Oenopiæ solum
Ingresso omniferum curribus aureis
Stantes Æacidas ferre silentio
Pressos, quin potius juvat
Dircæo meritos spargere flumine:
Stratæ namque viæ centipedes patent
In latum innumeræ, queis opera inclyta
Clari sanguinis exeunt
Nili ultra tacitat amnis origines
Occultumque caput longius, & gelu
Tristi Hyperboreo: dura nec oppidum
Ullum barbaries habet,
Perversis resonans undique vocibus,
Fortunati ubi non gloria Pelei
Cantetur populis, & Telamonius
Ajax, & Telamon ferox:
Quem fidum comitem Martis ahenei
In casus dubios cum legionibus
Tirynthi armiferis duxit ad Ilium
Clarorum tumulum virum
Alcides patiens, ut Phrygis impii
Perjurum imperium regnaque tolleret,
Tuncque hostis scelerum falsiparens manu
Troum Pergama diruit.
Ac Ceæ domitis civibus insulæ
Sævis, mox etiam concidit illius
Vi justa Alcyoneus haud similis viro,
Sed monti aërio gigas,
Per Phlegræa boves ducere pascua
Consuetus, neque tum degener Herculis
Arcus tela procul mittere gestiens
Clangentem tenuit sonum.
Ergo progenies armipotens tua
Alcmene Æacida milite glorians
Jam claro socios ære coegerat,
Et jam dispositas dapes
Prandebant avidi littore navitæ,
Quum fortis Telamon magnanimum ducem
Ripæ inferre gradum conspiciens trucis
Indutum exuvias feræ,
Hoc hortatus eum est in spolio ut meri
Nectar Cælitibus funderet integris,
Deinde illi pateram bellipotens comes
Ex auro rigidam dedit,
Spumantemque hilari munere Bacchico,
Quam dextra cohibens martia brachia
In sublime alacer sustulit Hercules,
Tali vociferans sono:
Si tu unquam facilis sollicitas preces
Audisti Herculeas, magne virum sator,
Regnatorque Deum, te modo, te modo,
Sanctis vocibus apprecor,
Ut natorum inopi des sobolem meo
Pugnacem Æacidæ, tectaque prosperes
Fortunasque viri, nec puer editus
Cedat vulneribus magis,
Quam tergum hoc patiens terribilis feri,
Quod latos humeros nunc mihi contegit,
Partum insigne manu cum Nemea est meis
Primis usa laboribus,
Occisusque leo mortifer illius
Invictos animos, ô utinam, gerat
Qui nostro exoriens filius hospiti
Implebit vacuos lares.
Sic fato è liquido protinus æthere
Missus Rex avium devolat Æetos,
Quo viso exiliit lætitia Herculis
Pectus suaviter intimum:

Moxque heros veluti numine percitus
  Vates augurium tale hilaris canit:
  Audax progenies quam petis, ossibus
  Exibit Telamon tuis,
Sed natum volucri lætus ab æeto
  Ajacem vocita: sic Deus imperat:
  Ajacem validum, qui populos supra
  Toto vertice martios
Extabit medio celsus in agmine.
  His dictis juvenum cum grege nautico
  Alcides epulis accubuit libens.
  Sed notum genus Æaci
Prolixumque nimis semideum exequi
  Virtutes alias, deinde ego Pytheæ,
  Unctoque Euthymeni, & Phylacidæ, dator
  Adsum nominis inclyti:
Quos Argiva modo pauciloquentia
  Percurret breviter: namque trium duo
  Fratres unanimes, unus avunculus,
  Omnes pancratio boni:
Ter campis Ephyræ, bis Nemeæ in plaga
  Devicere graves fortiter æmulos.
  Quot vero elicuit carmina multiplex
  Virtus Aonidum è sinu?

Quam dulcis Charitum succus hymettius
  In Psalychiadas perveterem tribum
  Illorum cecidit? quam bene sic domus
  Est fundata Themistii
Æginæ validis urbis ab incolis?
  At Lampon senior præmeditans diu
  Quicquid grande animo suscipit anxio,
  Alcræum sequitur melos
Illud: (cura vigil perficit omnia)
  Quin sæpe hoc sobolem palmiferam monet,
  Communi in patria clarus, & hospitum
  Donis ditibus affluens.
Idem legitimum promovet ad modum
  Cœpta, & spes avidas non humilis neque
  Abjectus cohibet, sermo nec illius
  Prævertens animum volat.
Certantesque aliis rectius erudit,
  Ut cos utilior Naxia cæteris
  Quæ missæ ex alio littore desides
  Enses segniter asperant.
Quare illum merito spargo liquoribus
  Phœbei laticis, qui modo virginum
  Jussu Pieridum sacra Polynicis
  Erupit prope mœnia.

STREPSIADÆ THEBANO

PANCRATIO VICTORI

Ode Septima.

QUANDO alta Thebe lux hilarissima
  Exorta summis cor tibi gaudiis
  Demulsit ob clarum tuorum
  Nomen & indigenas honores?
An nato Jaccho qui Cereri æneum
  Sistrum gerenti semper adest comes
  Formosus? an cum nocte furva
  Jam medium spatium terente
Bigis opacis decidit aureo
  Mutatus imbri Juppiter in tuas
  Sedes, & Alcmenam tumentem
  Viribus Herculeis reliquit?
Num quando primum fudit in arduis
  Oracla rebus Tiresias sagax,
  Vel cum per urbem gloriantes
  Victor equos Iolaus egit?
Utrum ne fortis miles ubi sato
  Erupit arvo, telaque protinus
  Invasit, an cum castra septem
  Pulsa tuis abiere muris:
Pallensque Adrastus fugit in intimum
  Argos peremptis Rex viduus viris?
  Num quando tu Spartæ labantes
  Ausa pedes stabilire sola,
Ægidæ & acres gens tua Cynthio
  Jubente Amyclas sub Lacedæmone
  Stravere? sed Thebana pridem
  Sparta ferox benefacta celas.
Nec auxili jam gratia nobilis
  Obliviosis pectoribus manet:

Ni forsan id flos eminentis
  Ingenii eripiat tenebris
Pleno sonantum flumine carminum.
  At chara tellus patria, si tibi
  Insigne jucundumque quidquam
  Temporibus fuit ante lapsis,
Nunc magna cantu gaudia libero
  Testare & hymnis: Strepsiades enim
  Quæsita in Isthmo dona sævi
  Pancratii tibi victor affert,
Firmus stupendo robore & obvia
  Placente vultu lumina detinens,
  Virtus nec ejus fortis infra
  Corporis est speciem decori.
Utramque certant Aonides nigros
  Fusæ capillos colla in eburnea
  Clarare, & ornant mutuo se
  Strepsiades, animæque largus
Homonymus, quem stirpis avunculum
  Maternæ iniqui perculit impetus
  Martis: sed audaces libenter
  Nomen emunt titulosque vita.
Nam quisquis armorum exitialium
  Nimbis obortis sanguineam procul
  A patria avertit procellam,
  Quique suos tegit ense cives,
Stragemque turmis injicit hosticis,
  Is sive vivat seu cadat aspero
  Mucrone, transmittit futuros
  Egregium decus in nepotes.

Nate ergo magni Patris Homonyme,
Recte æmulatus Meleagrum Hectora
Vatemque Adrasti funeratos
Pro patria superumque templis,
Nuper calentem pectore spiritum
Efflasti, & ævi robora floridi,
Exercitus dum fronte prima
Bella cies alacerque pugnas:
Qua parte pubes strenua maxime
Hostilis omnem militis impetum
,Exceperat, palmæve dulcis
Spes agitans obitusve clari:
Nos vero quamvis magnanimum viri
Letum ingementes luximus, at modo
Neptune per te lux serena
Post hyemem, pluviasque fulsit:
Vincente Achivam Strepsiada manum
Quare merentem concelebro libens
Illique ludentem per auras
Necto comam folio virenti.
Sed ne ira Divum, neu Nemesis potens
Victorem inique lædat amabilem
Turbetve, dum præsentis horæ
Dona manu fugitiva carpit,
Spesque inter altas atque humiles metus
Sensim quieto pergit itinere
Canos ad extremos, & atra
Busta die subeunda certo.
Nam grata vitæ lumina linquimus
Omnes, nec ullus sortis adhuc suæ
Arcana prævidit: superbis
Quique petit supera alta votis,
Pigris onustus corporis artubus,
Frustra ille tentat scandere lucidas
Arces Olympi. Quippe & olim
Pegasus ore fremens rebelli
Heroa tergo depulit alite
Vano expetentem corde Jovis domos
Invisere altas, & Deorum
Purpureo residere cœtu.
Semperque quidquid dulce nimis boni
Rectique fines transilit, exitus
Sortitur infaustos, amica
Mella nigro superante felle.
At Phœbe pulchrum cui caput aureis
Fulget capillis, post decus Isthmium
Da Pythiam lucta è feroci
Strepsiadæ valido coronam.

CLEANDRO ÆGINETÆ

ODE OCTAVA.

CLEANDRO, ô juvenes, ejus & integræ
Ætati, en aliquis patris ad aureas
Sublimesque fores carmen amabile
Effundat pretium pulveris anxii
Ærumnæque gravis munus ob Isthmias
Pugnas & Nemeæ prælia debitum
Victori Oenopio. Qui geminis locis
Certans, eximium bis reperit decus.
Aut si vos nimium pectore languido
Cessatis taciti, certe ego, sim licet
Mœstus, tot sociis in Salaminia
Demersis acie Calliopem auream
Invitare domum cogar, uti neque
Post defleta virum corpora fortium
Nostras usque comas destituant novi
Flores, nec vehemens perpetuis dolor
Pascatur lachrymis: Sed modo Persici
Dejecta imperii compede liberum
Spargamus numeris dulcibus aera.
Pendens ille etenim Tantaleus lapis
Graiorumque diu verticibus minax,
Nunc gentes alias munere cælitum
Terret, nec vaga vis intolerabilis
Martis jam Danaas exagitat domos.
Quare præteritæ cladis Achaicæ
Bellorumque dolor, pallidus & metus
Duri servitii cor mihi deserit
Paulatim subita victus adorea:
Et semper quod adest dulce fruentibus
Amplecti melius quam venientia.
Prospectare oculis flebilibus mala.
Fati namque dolo triste quid abditum
Ignotumque viris omnibus imminet,
Quod vitam spatio temporis implicat
Duri, sed gravium vulnera casuum
Sanantur, modo sit salva dolentibus
Libertas, neque spes aufugiat levis.
Porro me in nitidis sedibus editum
Thebes flavicomæ Naidi convenit
Æginæ Aonios nectere flosculos:
Natas namque sibi sustulit has senex
Asopus geminas, ultima pignora
Cultuque egregii corporis utraque
Supremo placuit Cælicolum Jovi,
Qui Dirces liquidum propter aquæ caput
Thebem urbi gravidæ, curribus aureis
Reginam imposuit, teque soror decens
Illius timidam trans mare devium
In lucum Oenopiæ detulit insulæ,
Et Zonam attonitæ dissolüit jacens
Sub ramis, ubi post vagiit Æacus
Sanguis Nympha tuus, quem superis parem,
Natumque impavidum fulminei patris
Sol vidisse hominum dicitur optimum:
Atque hinc Elysiis vallibus arbiter
Reddit jura piis integra manibus.
Ejus nati alacres belligera manu,
Natorum & soboles firma valentium
Factis enituit fortibus impigra
Enses per medios ire ferociter,
Clamosasque acies & gemitum & neces.
Non illi ignea mens promptaque defuit,
Et frenans avidas sancta libidines,
Quæ Divum meminit cœtus adhuc frequens,
Post tot lapsa fuga sæcla volubili.
Nam quondam omniparens Juppiter & maris

Rector navigeri de Thetidis ſacro
Certavere thoro, cum ſibi conjugem
Hic atque hic niveam Naiada poſceret,
Sævo urente Deum corda cupidine.
Sed neutri thalamos Nereidis vagæ
Immortale poli concilium dedit,
Audito Themidis carmine præſcio,
Quæ ſic eſt ſuperis fata ſilentibus:
Si pulchram Thetidem magnanimo Jovi
Neptunove thori copula junxerit,
Illinc progenies exoriens patre
Auguſto, melior telum aliquod manu
Geſtabit valido fulmine fortius,
Et quaſſante ſolum triplice fuſcina:
Ut monſtrant Lacheſis ſtamina ferreæ.
Tantum arcete nefas Cælicolæ, & placens
Nerine proceris lecta cubilia
Mortalis celebret, mœſtaque filium
Confoſſum in Phrygio pulvere lugeat:
Poſtquam denſa virum ſtraverit agmina
Ut Mavors manibus fervidus igneis
Palantumque ſequax fulguris in modum,
Ac ne fata pigra ſuſtineam mora
Divinum æquorei conjugii decus
Peleo Grajugenæ pronuba deſtino,
Qui nunc ante alios ductor amans virum
Et Divum metuens Æmathiam regit,
Jamque hinc fama novi nuncia gaudii
Ad Cheirona procul ſemiferum volet
Æterni ſub humo fornicis incolam,
Nec nobis iterum diſſidium grave,
Accendant Veneres Oceanitidis:
Sed cum plena polo Cynthia fulſerit
Primum & connubii flammiferam facem
Oſtendens nitido veſper ab æthere
Formoſæ Thetidi ſponſus amabilis
Currat Virgineum ſolvere vinculum.
Sic illa: at Superum concio ſydera
Motu concutiens protinus annuit:
Nec ſancti augurii fructus inutilis
In terras cecidit: nam memorant Jovem
Lenitum æquanimi pectore nuptias
Spectaſſe æquoreæ Naiadis impares.
Priſcorumque ſonus clarior in dies
Hymnorum attonitis auribus influens,
Mirantis populi perpetuo novat
Virtutem Æacidæ, Myſia qui ſola
Late pampineis conſita vitibus
Infecit domiti ſanguine Telephi
Nigro, qui patrias unicus ad domos
Atridis geminis ſtravit iter patens,
Inceſtiſque Helenam ſolvit amoribus,
Cæſis enſe fero poplitibus Phrygum
Certantum Iliacis pellere mœnibus
Ipſum, dura nimis prælia Dardanis
Inflammare trucem gramine Troico:
Non Memnon alia cuſpide ſaucius,
Non Hector periit, nec proceres manu
Præſtantes alii mille, quibus cavas
Sedes Perſephones, antraque lurida
Pandens ille domus aura favens ſuæ,
Tum dulcem patriam, tum proprium genus
Spectandum innumeris gentibus obtulit.
Nec vero Æaciden exanimum graves
Defecere modi, buſta ſed illius
Ardenteſque rogos continuo novem
Cinxere Aonides, & cita lugubri
Deflevere viri funera nænia.
Sic viſum eſt ſuperis impavidum ducem
Orbatum æthereis luminibus quoque,
Famæ & Pieriis tradere cantibus,
Unde illum ſtygiis manibus invidis
Sermo nunc etiam plurimus eripit:
Atque hic interitus me celebris monet
Ut curru volucri lævis Apollinis
Conſcenſo tumulum compoſiti modo
Nicoclis decorem pollice verberans
Dulcis fila lyræ: nam pugil hic comas
Nigrantes apio ſæpe coercuit.
Fælicis patriæ pluribus accolis
Fuſis in ſtadio fortiter Iſthmio
Expertiſque manus intolerabiles,
Non huic diſſimilis ſanguine proximus
Cliander, ſoboles inclyta, cui pares
Annis ô Danai texite myrteum
Velamen capitis, ſertaque mollia,
Partam ob Pancratii nuper adoream
In campis Ephyræ: terra ſed hunc prius
Famoſa Alcathoi genſque Epidauria
Frangentem juvenes viderat æmulos,
Quæ ſe cuncta ſimul vatibus offerunt
Commendanda bonis prælia: non enim
Cleander viduus laudibus, aut piger,
Ætatem latebris texit inertibus.

Finis Iſthmiorum.

ALIQUOT ALIA EJUSDEM
SUDORII CARMINA.

Francisco Valesio Andegavensium duci Charitatis urbe nuper recepta victoriam adepto, Ode.

ELEA nobis nuper Olympias
Cantata Graium, & vana ferocia,
Cursusque pernices equorum,
Et juvenes pedibus fugaces.
Majore multo nunc, Dea, spiritu,
Sumptaque ahena Melpomene tuba,
Victoriam diffunde Galli
Herculis ætherias in auras.
Ut magnus olim Juppiter intuens
Ausos gigantas addere montibus
Montes, & exæquare summo
Thessaliæ juga opaca cælo:
Non ille promptas Cælicolum manus
Sævos in hostes protinus impulit
Duxitque, sed Phlegræa primum
Fulminibus tremefecit arva.
Queis icta Tellus mater, & intimo
Concussa motu terrigenas suos
Conspexit irritata Divum
Numina suppliciter precantes.
Sic Charitatis mœnia non prius
Calcanda Gallo tradita militi,
Quam tela Franciscus rubente
Multa manu jaculatus altas
Disiecit arces. Hunc superum Pater
Crebro tonantem è nubibus audiens
Laudavit, agnovitque vires
Ipse suas Phrygio in nepote.
Deducta proles ab Jove Dardana,
Francique Reges Hectoreum genus:
Frustraque divinis repugnat
Imperiis hominum potestas.
Tentata multis quod tibi civitas
Submisit uni turrigerum caput,
Francisce, magnum est: sed ferocem
Longe animum superare majus,
Hostique victo parcere. Sæviunt
Solæ in jacentes degeneres feræ:
Quod fortiter stravere, numquam
Dilacerant animi Leonum.
Non imperantem laurea sic decet
Victrix, coronæ non decus aureæ,
Ut querna frons clementis index
Militiæ populique salvi.
Ferro recisæ sæpius arbores
Cælum renatis frondibus occupant:
Hostilibus plerumque bustis
Exoritur clypeata pubes.
Per te remansit virginibus pudor,
Servata matrum corpora, non viris
Erepta vita est, non furenti
Templa Deum violata flamma.
Hac arte quondam fretus avus tuus
Franciscus arces attigit igneas,
Franciscus acceptus Camænis,
Citharæ fidibusque notus.
Rupella diris seditionibus
Ægra, & tumultu fervida bellico,
Exceperat stridente porta,
Tisiphonem Stygiamque Erinnyn.
Illæ inquietum per populum vagæ
Late scelestas jam tulerant faces,
Jam verterant fas omne ruptis
Legibus imperioque fracto.
Dejecta passim lilia cerneres
Transmissa ab alto cælitus æthere
Insignia, & Regis ministros
Mille feris manibus peremptos.
Ut Caurus ater, quum mare proximum
Turbavit undis assilientibus,
Utrinque divexata navis
In scopulos peritura fertur:
Jactata ventis sic popularibus
Urbs æstuabat, naufragium timens
Irasque vindictamque læsi
Principis, horribilesque fasces.
Augusta sed quum se facies patris
Regnantis ultro civibus obtulit:
Sol, qui nocentes per tenebras
Exciderat, rediisse visus,
Jubarque late spargere fulgidum.
Non ille culpæ parcere nescius
Tot sontibus tormenta & uncos
Proposuit gladiosque & ignes:
Multa at precantum millia contuens
Abjecta turpi flebiliter solo,
Sic ingementes ipse cœtus
Mitibus alloquiis levavit:
Pœnis nocentes plectere Regium,
Et frena pravis addere gentibus,
Errata condonare, & iram
Ponere, res Jove digna summo!
Qui luce sanctos lustrat & impios,
Ambos eodem contegit aëre,
Utrisque communem parentis
Frugiferæ gremium recludit.
Me concitatus si dolor auferat,
Assueta sceptris & violentia:
Hæc illico exæquata terræ
Cuncta ruant dominante flamma:
Prædamque sævis miles ab ignibus
Audax inulta diripiat manu.
Humana sed servare nostrum est,
Perdere diluvii vel æstus.
Modo insolentis sanguine Flandriæ
Vindicta tinxit Cæsareas manus.
Civilis expertem cruoris
Me juvat imperitare, Franci.
Sic fatus ille est, publica leniens
Sermone blando vulnera: nec virum
Ingrata gens delebit unquam
Magnanimi benefacta Regis.

IN OBITUM C. V.

JOHANNIS THUANI,

Quum viveret Supplicum Libellorum in Regia Magiſtri, Ode.

QUICUNQUE vere magnanimus ſapit,
Is ſpes inanes, gaudiaque & metus
Plebi relinquens, clam beata
Morte vehi ſuper aſtra geſtit,
Et totus extra ſe poſitus foras
In vitæ honeſtum prominet exitum.
Terrena nam quid membra & artus
Corporei niſi denſa nubes,
Solis ſupremi quæ jubar eripit
Cœleſte nobis, donec inutili
Languemus ævo, noxiiſque
In latebris reſidemus ægri?
Concluſa certo fine beatitas
Brevique puncto ſufficiens ſibi
Non tempore augetur, ſed ejus
Decipimur variante forma.
Vixiſſe præſtat participem ſacræ
Virtutis uno Sole volubili,
Quam ſæcla per mille inquinatam
Opprobriis agitaſſe vitam.
Scis iſta charis rapte parentibus,
Thuane, nuper: quum tua adhuc vigens
Floreret ætas, atque curſum
Vix medium properans teneret.
Tu nunc coruſci vertice in ætheris
Late micanti ſydere fulgidus
Divumque concivis jacentem
Sub pedibus premis altus orbem,
At quum ſuperſtes aëra duceres
Civilitatis cultor amabilis,
Numquam impares æquoſve ſupra
Flavicomum caput extuliſti.
Non tot curules, non genus & domus,
Non affluentes divitiæ tibi
Præcordia implevere vanis
Spiritibus tumidoque faſtu.
Te nemo dextram tendere promptior,
Nemo benigni largior auxili:
Si quando tempeſtas rejecit
Ad te aliquos opis indigentes,
Et pæne ſævis fluctibus obrutos
Negotiorum, quæ miſerabilis
Fert vita vaſto navigantum
Æquore deterioris ævi.
Non unda conchas cœrula tot lavat,
Non æthra ſignis tot micat igneis,
Fidos quot illuſtris Thuanus
Officiis animos revinxit.
Nunc ergo ceſſent artifices manus
Reciſa duris marmora rupibus
Effingere, in lucemque manes
Exanimi revocare ſaxo.
Ceſſent ſepulchri flebilis arduam
Molem futuris ponere ſæculis,
Nam buſta ſopiti Johannis
Vivida ſunt memores amici.
Quos inter ipſe hunc aſſidue canam,
Seu Luna, ſeu Sol occupet ætheris
Convexa, Dircæoque ſemper
Fonte pios cineres rigabo.
Dicam THUANI membra decentia
Dimenſa docta ſingula regula
Vultumque, perfuſamque dulci
Egregiam faciem nitore:
Claraſque ocellis ingenitas faces
Monſtraſſe quantum rerum opifex queat
Inſigne quum quiddam novumque
Terrigenis polit arte ſumma.
Dicam decoris artubus inſitum
Formoſiorem longe animum, neque
Præclara conſectari inertem,
Nec vitiis procul ire tardum.
Cantabo amorem numinis & metum:
Addam tenacem polliciti fidem,
Et cuncta quæ ſpectata nobis
Flere nefas, meminiſſe ſanctum.

A D

AD AUGUSTISSIMAM *FRANCIÆ REGINAM*,

De Nativitate filiæ Catholici Hiſpaniarum Regis.

TOT Regum patriæque Parens, lætiſſima fama
Natalē Heſperiæ neptis tibi nunciat horā,
Fortis avi & patris, quæ mutua fœdera ſancit
Exoriens, firmæque addit nova vincula paci
Forſan & hæc olim non otia lenta ſequetur
Fœmina, nec molles tractabit pollice lanas,
Sed leges & jura dabit, populoſque verenda
Majeſtate reget, rerumque tenebit habenas.
Exemplo Regina tuo, quanquam audiit orbis
Jampridem quid fœmineis Hiſpania pugnax
Debeat imperiis, Mauroſque ut fuderit hoſtes
Regina armipotens noſtrorum tempore avorum,
Utque viro comes inſignem galeata triumphum
Duxerit, illa autem lex injuſtiſſima, ſi quæ
Inſervire bonis prohibet communibus omnes
Mortales, ſexuſque in eo diſcrimina ponit
Immerito. Nam cur catulos & luſtra leæna
Defendat, maribuſque animis interrita pugnent,
Cætera quæ charos edunt animalia fœtus,
Fœmina perpetuo ſtudiis ignobilis oti
Intenta, & calathis laniſque addicta quieſcat?
Præcipue ſi qua eſt priſcorum ſanguine Regum
Edita, & experiens & rebus nata gerendis,
Qualem te nobis hæc aurea protulit ætas,
Atque tuam oſtendent venientia ſæcula neptem.

AD REGINAM HISPANIARUM.

QUÆ Gallis Iſabella tuos conjungis Iberos,
Optato frueris ſalva puerperio,
Conjugiique tui fœlix atque aurea proles,
Cauſa novæ eſt nobis publica lætitiæ.
Nec minus hæc ambas demulcent gaudia gentes,
Quod tibi non fortem fata dedere marem,
Bella mares Martemque cient, at fœmina nata
Pacis & æterni fœderis omen habet.

DE OBITU *JOANNIS BORBONII*,

Ducis Anguiani, qui in prælio Quintiniano pro patria fortiter dimicans occubuit.

Umbra loquitur.

NOta nimis Gallis Quintini ad mœnia clades
Accepta, & cædes tot miſeranda virum,
Queis ductorque fui, & longe fortiſſimus author
Corpore ut objecto protegerent patriam.
Nec tamen hic animus jucundi prodigus ævi,
Nec movit triſtes forma decora deas:
Nec genus antiquo Francorum è ſanguine Regū,
Nec vota heu triſtis anxia Borboniæ,
Quam mihi conjunctam à thalamo tedaq; recenti
Miſit ad exequias ſors inimica meas.
Certe dignus eram quem poſt tot fortia facta,
Tot cæſos hoſtes, raptaque ſigna ducum
Flandrorum, è media tandem Venus ipſa phalange
Sublimem eripiens, nube cava tegeret,
Moxque inſperanti ſalvum monſtraret amicæ,
Fraganti & feſſum poneret in thalamo.
Sic diva hæc olim Troiæ ſub mœnibus altis
Dicitur Atridis eripuiſſe Parim.
At me magnanimum Aſſaraci Priamique nepotem
Nulla dea à mortis limine reſtituit:
Magna tamen noſtros ſolantur gaudia manes,
Quod ſocia illa mei ſanguinis, illa thori,
Non ſemper viduum ſervavit ſola cubile,
Languida nec mœſto tabuit in thalamo:
Sed dignum ſortita virum eſt florentibus annis,
Cui pingit teneras prima juventa genas.
At ſi, quod nolim, Francorum tempora mittent
Hunc etiam ad pugnas, & grave Martis opus,

Opto quidem ut ſimili mecum celebretur honore,
Sed juvenem melius ſervet amica Venus :
Nec ſinat huic alio lædi præcordia telo,
Quam quod amor dulci tingit amaritie.

EPITAPHIUM ERATINÆ PUELLÆ,
Quæ Amantis unius deſiderio, & alterius tædio extincta eſt.

GEſtat amor binas pharetra victrice ſagittas,
Hæc deſiderium pellit, & illa parit.
Hæc in virginibus faſtidia gignit amantû,
Illa juvat cupidos conciliatque viros.
Alterutram tantum donec Eratina puella
Experta eſt, vixit mille petita procis :
Ut roſa purpureis quæ florida vernat in hortis,
Raptorumque avidas provocat ipſa manus,
Sed poſtquam geminos ſenſit crudeliter ictus,
Extincta eſt duplici caſta puella malo.

EPITAPHIUM ANNÆ MOMMORANTII FRANCIÆ
Conneſtabilis.

HENRICUS Regû decus, & mavortius Annas
Exegere ſuæ fœlicia tempora vitæ
Unanimes : atque ut cœlum qui ſuſtinet Atlas
Sæpe onus Alcidæ laſſa cervice relinquit,
Sic horum alternis viguit res Gallica curis
Nixa diu : viguere artes, & publica jura,
His populum antiqua ſub religione tueri
Par ſtudium fuit, & ritus ſervare vetuſtos.
Nec modo tranſactû eſt votis communibus ævum,
Sed fuit & ſimilis quædam concordia fati :
Nam poſtquam externo voluere occumbere bello
Sæpius, & Francis patriæque impendere vitam :
Heu gemini Heroes dextra periere ſuorum,
Hic haſta, ille caput crudeli ſaucius enſe.

DE CÆSARE CATONEM
perſequente.

POST tot devictos homines, orbemq; ſubactum,
Quid tibi libertas una Catonis obeſt,
Cæſar atrox ? num te viventis gloria lædit ?
Forte & defuncti non minus uret honor.

FINIS.

ERRATA ITA EMENDENTUR.

In Textu

O. 1, 117. ὅδ' sine acuto divisim. O. 8, 55 τιαῖς l. pro τεᾶς, quod habet Schmidius; cujus judicium in notis exscriptum, vix nostrum facimus. P. 3, 103. καθίλιν l. κάθιλ-- acc. in prim. P. 4, 192. --όλᾳ l. --λῳ N. 7, 111. ἀεῖραι. N. 8, 55. μύθων ib. 69 l. ἱέρτ-- N. 9, 39. l. Οἰκλ-- N. 10, 10. l. παριπλάγχθη ib. 92. l. Παμφάῃ.

In Metaphrasi.

P. 2, 67. l. quia *cum* nube.

In Paraphrasi.

Pag. 177. lin. 6. l. numeroso p. 186. lin. 7. l. false p. 220. l. 5. l. Amphyction-- p. 303. l. 1. l. Polydect-- p. 317. l. 2. appinge comma ante, *Filius*. p. 338. l. 1. l. Myrmidon.

In Notis.

In Not. sub πίναξ. τῶν νικηφόρων in Prologomen. leg. debet. Not. ad O. 1, 127. ὅλισ-- l. ὀλ O. 2, 67 Θεόρτῳ δέ. Vide quomodo corrigi debet in erratis Schol. O. 8, 27 l. juxta P. 1, 6. l. asperationem & asperanda ib. 72. Areti ad l. vel --retius ad. vel --ret. ad. ib. 86. l. longissime. P. 2, 18. del. comma post *non* ib. 65. d. punctum post *rejicit*. P. 3. 12. duo respectu l. quo &c. ib. 28. Aret- l. -ret. & connubia ib. 66. dele *In monte*, *Versio vetu*. ib. 180. l. τόξοις ib. 198. l. φάτιας P. 4. 8. l. oracula pag. 269. Not. lin. 1. l. Carrhotum P. 8, 14. l. distinguend- pag 276. Not. ad calcem dele *de Steph.* P. 9, 35. l. Genitivos P. 9, 185. l. asperatum. P. 10, 50. l. affirmat. P. 12, 40. l. tanti. Not. Ὑποθ- Νεμ- Edd. l. Ed. N. 3, 130. Brub. quæ θατὸς transposit. male pro θνατὸς. pag. 373. lin. 6. l. χρυσαλακάτας. N. 7, 27. l. plerique N. 8, 12. l. distinguunt N. 10, 20. lege τοῦτον κατέφανε. pag. 412. lin. 8. lege εὐφρόνων N. 11, 21. l. Hesich- pag. 433. lin. 4. l. genuinam pag. 440. l. 3. Κράτις p. 440, lin. 9. l. κομίσαι. I. 8, 2. qui ab. l. qu. ab. ib. 18. adde, Δαματώμεθα Codd. vulg. pag. 486. lin. 8. l. fulciendam I. 8, 93. leg. διχόμηνις.

In Titulo O. 4. στροφὴ α' dele α'. Ita & in ἀντιστροφὴ α'. pag. 398. ad calc. leg. Χρομ--

In Scholiis Græcis.

Pag. 5, 1. lin. 4. φάτιν hab. Codd. Attamen Ed. Brub. ad marg. corrig. φάτιν. Nec male, licet fateamur, nos Pindaricæ dictioni assuetos (habes enim φάτις alias) & Codd. fidem habentes, olim inter lectiones varias numerasse. Vide sis locum. p. 7, 1. lin. 14. leg. ἢ τοὺς κακηγόρους κ. λ. p. 13, 2. lin. 13. post πέποιθα punctum pone. p. 17. lin. 23. à num. 80. ἀμφιδιύταλα hab. Codd. Corrige ἀμφιδιύζατα. pag. 19, 1. lin. 13. leg. ἐγκωμιάζειν τοὺς φίλους, ὥσπερ ἐγώ. p. 25, 1. lin. ult. ἢ πρὶν μὲν lege. p. 26, 2. l. 6. Θεόρτῳ] δὲ, ὕπο κ. λ. Vix enim constat, Schol. legisse δὲ in Textu, quod igitur in Notis corrigendum. Ita & lin. proxima Παλιντράπελον] δὲ, ἀντεστραμμένον. pag. 30. l. ult. leg. Ραδαμάνθυος. p. 35, 2. lin. 1. à num. 109. l. οἱ δὲ ἀγαθὰ p. 56. l. 2. à num. 53. asteriscus ad εὐγενείας pertinet. p. 68. 1. l. 8. εὐδαιμονίαν lege, & σημείωσαι. p. 91. lin. 1. à num. 173. leg. ἐπὶ. p. 106, 2. lin. 10. leg. Οὕτως. p. 156, l. 11. à num. 89. πραϋντικὸν τοῦ leg. τῶν. p. 171, 2, l. 7. δ' alterum dele. ib. l. ult. leg. πολιτεία & δυστυχία. p. 173, 2. l. ult. Λωκωνικοῖς leg. Λακ-- p. 177, 1. l. 3. leg. ἀλλὰ- ib. 2. l. 5. -μένοις. ib. ἀπὸ τῶν adde εὐγενῶν φυλῶν. p. 186, 2. l. 5. ἢ leg. ἢ. p. 188, 2. l. 2. Αρει leg. -ρεῖ. p. 190, 1. l. 2. -φοκλῆς leg. -κλῆς. p. 191, 2. l. 15. leg. πρὸς ὃν. p. 197, 1. l. 6. χαλιπήνας leg. -πήνας. ib. 2. l. antepen. leg. φασιν. p. 199, 1. l. 13. πρὸς τοῦ leg. ταῖς p. 204, 2. l. 8. leg. Θεόφιλος. p. 217, 2. l. 1. ἐνδὲ τῇ τῇ lege ἐν τῇδε τῇ. p. 220, 1. l. 4. ἐκ ταυτ-- p. 221, 2. l. 15. lege ἐνισχόμενον. p. 225, 1. l. 6. ὁ ἄν τις corr. ὃ κ. λ. p. 226, 2. l. 7. leg. εὐεπιφόρως. p. 273, 1. l. penult. τοῖς, ὅλκαι. τὸ leg τοῖς ὅλκοις & l. ult. leg. ἀμαυροῖς. p. 302, 1. l. 8. leg. τῇ ἱερᾷ p. 304, 1. l. 4. leg. ἐκεῖ. ib. etiam l. 10. leg. ὁμήλιξι. p. 319, Νεμ. Ὑποθ. 3. Τὰ Νέμεια non -μέα. ib. Ὑποθ ult. l. 3. leg. καταστήσαντες p. 321, 1. l. 22. leg. φάναι. p. 326, 1. l. 15. leg. νάδυος. p. 336, 2. l. 19. leg. τῇδε. p. 352, 2. l. 21. leg. σκότῳ. p. 378, l. ult. Annot. Edd. leg. Μειτᾶν. ib. 2. l. 7. leg. γέννησιν. p. 379, 2. l. 5. συμπεπεραισμένον p. 412, 2. l. antepen. τοῦτο, φησίν, dele comma, & plenum punctum appinge post φησίν. p. 414, 2. l. 8. leg. καὶ. p. 417, 1. l. penult. ὡς ἠρμένως leg. ἠρμένη ib. 2. l. 8. leg. Πολυδεύκεια. p. 424. 1. l. 4. pro ἐπίδοξιν nonnulli habent ἐλπίδοξιν. ib. l. antepen. Καὶ leg. Ναὶ. p. 426, 1. l. 2. πατρικοῦ hab. Codd. An corrigendum, πρακτικοῦ; p. 428, Ὑποθ. 2. l. 1. ἀγῶν leg. ἀγῶνα. ib. 1. Ὑποθ. ult. l. 4. Νηρεΐδες leg. Νηρ- p. 430, 1. l. 5. ἢ γὰρ lege ἦ γάρ. p. 436, 1. l. 12. Μυνία Corr. Μινύα. ib. l. penult. leg. Δήμητρος. p. 441, 1. l. 2. leg. Πινδάρου. p. 444, 2. l. antepen. leg. συλλόγου. p. 458, περὶ ἐπιγραφῆς l. 2. θάλλοντος scribe litera majuscula utpote nomen Odæ. Pariter columnæ alterius l. 17. τῆς μᾶτερ ἀοιδᾶς, h. e. τῆς ᾠδῆς, cujus hoc est exordium. p. 460, 1. l. ult. ἀπανίσματα, corrig. ἀπανθίσματα. p. 461, 2. l. 10. ἀντὶ τῶν leg. τοῦ. p. 467, 1. l. 16. κατὰ σπένδων corr. καλασπένδων. p. 471, 1. l. 11. leg. ἐγκωμίων. p. 476. 1. l. 7. ὃ γὰρ leg. ὁ γάρ. ib. l. 13. ἐπεργαστήρηνται leg. ἐπερ-. Hæc fere sunt, quæ remoram Lectori objectura videntur. Quæcunque præterea nos typis commissa relegentes non fugerent; qualia sunt accentus lenis pro aspero gravis etiam pro acuto & vice versa, omissum nonnunquam ἰῶτα subscribendum, & aliquando redundans, necnon dislocatus aut paululum detortus accentus vel inversa litera; ea omnia errata quatenus vix conspicua cæteris, exceptis criticorum oculis, quoniam sensum minime perturbent, omisimus.

Errata in Sudor. Interpret.

Pag. 2. a. l. 7. leg. furtimque vitæ. p. 4. a. l. 29. leg namque is sancta. p. 8. b. l. 21. leg. vestis & inclyta. p. 23. a. l. 7. leg. fulgur. p. 28. Ode quar. b. l. 4. leg. Africa. ibid. l. 16. leg. ditis Thera. p. 37. a. l. 32. leg. Isthmiam. p. 66. l. 31. leg. æternosq; muris.